Undecimū impediens curationē fieri est diffidētia ifir mi de seipso/aut de medico/⁊ medicinis ⁊ alijs circū stantibus ei. Cōfidētia.n.necessaria est q̄ animuꝫ ifir mi corroboret ⁊ menteꝫ in salute sua figat per quā iam multi sunt a mortis exēpti periculo citā cōualescentiā adepti. propterea dixit hip. Cōfortari mente i oi egritudine bonū. Cōfidentia ptinet ad virtutē imaginatiuā fortiter imaginanteꝫ ⁊ opinionē firmā sibi facienteꝫ de re aliqua/qd certitudinaľr sibi ꝑ desse debeat. Ita ꝙ cōfidentia est anime rōnalis qdā affectio ex opinione procedens rei alicuius desiderate cōferentis vel ꝑ future/siue medicina/siue exorcisma/oratio vel icātatio/q̄ plurimū in egrotātis salute cōferre videtur. sicut p semet experientia demōstrat. Uidemus.n.pseꝑe patientē egritudinē grandē in grandē deduci cōualescentiā pp spem affectuose habitā in aliquo famoso medico/cuiꝫ diu expectatus ei superuenerit. Cōsimiliter p orōneꝫ factā ab aliquo fideli ⁊ iusto viro/⁊ pp applicationē aliquoꝝ caracteꝝ/⁊ aliaꝝ scripturaꝝ/⁊ pp potationē vel comestionē aliquoꝝ medicinaliū vel nō medicinaliū: ⁊ aliarū similiū affectualiter desideratarū/i qbus multi egroti cū apponūt intentionē suā/qd cū illa adepti fuerint liberātur: ⁊ Auic. dixit operationē a cōfidētia dependēteꝫ efficatius curare egritudinē/q̄ꝫ id qd agit medicus cū suis instrumentis ⁊ medicinis/⁊ q: cōfidentia sequiť imaginationē: ideo ille magis ⁊ citius adipiscať effectū ei⁹ qui fortioris imaginatiōis existit: ⁊ firmius tenet super rē operationē suā. Quō aūt ꝯfidentia tā magnū ⁊ sic subitū ꝓducat effectū/est/qm̄ virtus rōnalis habita imaginatione forti ⁊ opinione firma sup aliqua re ꝓfutura imperat virtuti nāli/cuius est ꝯ morbū bellare/⁊ virtus naturalis illius parens imperio mouet calidūꝫ nāle ꝯ morbū/⁊ causam eius/ita vt cām morbi sensibiliter depellat/⁊ sic morbū abiciat: ⁊ fit/vt eius effectus suauiter ⁊ mite proueniat/⁊ nimirū si ex cōfidentia procedat effectus realis in corpore cuꝫ imaginatio siue cogitatio/quā ipa sequiť fit ex passiōibus anime quibus frequēter corpus imutať: qd aūt inducit infirmū in cōfidentiā rei alicuius est visio vel sepius auditio de illa re: ꝙ similē vel maiorē effectū operata fuerit ei quē desiderat: ⁊ medicus conari dꝫ hāc ꝯfidentiā iducere in egrotū oi modo/eloquijs dulcibus/assertiōibus blandis/promissionibus firmis ⁊ exēplorū/q̄ simili mō i alios operatiue fuerit/fidelibus recitatio

Nicolus i.2°. tract. ⁊ sūma p°.c.6. de his q̄ ipediunt curatiōeꝫ fieri.

nibus. post hec Nicolus sequitur de effectibus cautionum: que omnia dimitto.

Ité Nico. i eod. 2°. tra. p. c. 22. d regimine febricitantium p accña aie.

[O]mnis febricitans debet auferre a se & mente sua oés sollicitudines & curas de re familiari vel politica/ & alijs/ & debet fugere tristitiã & timoré/ & oém suspitione maxime q̃ posset eé circa egritudiné: sed semp ponat cordi suo bonã spem. Inquit Hip. cõfortari mente: &c. & fugiant medici & astãtes verbo/ neq3 aspectu/ vel alio signo pmere corã ifirmo aliqd/ pp qd de sua possit desperare salute: sed visu alacri/ in ore ridente spem ei firmã de cita liberatione promittant.

Ité i eodé. 2°. trac. 5. de pronosticatioé. c. 16. de signis süptis ab operatióibus virtutis vitalis.

[I]nquit Hip. in oi egritudine cõfortari mente: &c. Cõfortari aût méte est bñ sperare de salute morbi: & spes non est aliud q̃3 sanitas animi cũ expectatione melioris/ sicut desperatio est egritudo animi sine expectatione melioris: vt dixit Tulius. 4. tusculanar3 quõnu3. Est aût spes bona p viã cause: & p viã signi. Significat. n. virtuté aialé sensitiuã intrinsecã forte illesam: & est cã velocioris sanitatis vel salté tardioris mortis: & intellexit Hip. de cõfortatione sic moderata: q nõ consequat eã nimia spirituũ expansio/ aut indebita eorũ resolutio. Nã oís indebita resolutio spirituũ siue sit idebita absolute siue sit p cõparationé ad nã3 patiẽtis é mala. Nõ cõfortari vero méte s3 pusillanime tolerare egritudiné & timere est malũ. tristari quoq3 & de salute despare é pessimũ: voluit ergo Auic. q fortis imaginatio vt é cõfidétia & diffidétia iducat effectũ nãle3 & realé: & ideo aliquis põt trãsire sup trabé positã in plano: & nõ supra positã supra foueã: & isto mõ dixit ipe par. 4. 6. nãliu3. q plus valet cõfidétia ifirmi de salute/ q̃3 medicus cũ oib9 suis istrumẽtis. Spes. n. é prima via salutis. Timor. n. é suspitio & stupor métis i acuta egritudine malũ q2 pessimos humores i cerebro eé indicãt plurimũ aût hec ifirmis ptigũt/ qñ a somno sunt expgefacti: q2 illi humores i somno ferunt ad iteriora & cerebrũ. Cũ ergo a somno surgũt/ illi humores subito cũ nã ad exteriora mouent: & i tali motu lumé aialis virtutis offuscãt: & sic timoré & suspitióe3 generãt. Quidã dĩt q Hip. p cõfortari méte itellexit egrũ letari & i oibus opatióibus aialibus bñ se hẽre. Dixit Auic. 2°. 4'. Cũ é plurimus timor mortis tũc é tutior. s. de ifirmo ne ex illa egritudine moriat.

Ité Nicolus i eodé. 2°. tra. 5

[B]ene se habere ad oblatióes. s. cibarior & potuũ dixit Hip. i oi egritudine bonũ: cõtrariũ vo malũ: & itellexit p

bene se habere ad oblationes non solū bñ appetere: & bene su/mere cibū & potū3 oblatū:sed sanitatē habere omniū virtutu3 nālium3:ministrantiū i re nutrimēti.quidā tñ dicūt itellexit solū de bonitate appetitus moderati:nā imoderatus appetitus nō est significatio bona/siue fuerit imoderatus absolute/siue i cōparatione ad morbū/siue ad nā3 patiētis: & ideo dñt qdā/ꝙ itellexit ď bonitate appetitiue proportionate digestiue/sine nō: & oi mō verificaꝭ apho.quāuis melius vno mō q̄3 alio:& n.ē bonū p viā signi:q2 signāt bonitatē virtutū nāliū:& ē bonū per viā cause:q2 ē cā ꝯfortatiōis virtutū:& restaurationis corporis. Dñt qdā cū eger cū bona deliberatiōe comedit & bibit/q̄ offerunꝭ ei ē bonū valde:& pcipue si sapide gustat ea:& bñ pcipit sapores cor:& ꝯ:si furiose & quasi nō appēsate:& sicut hō cōfidens hēe ab eis iuuamētū:& pcipue cū nō pcipit sapores cor: imo pcipit ea alterius saporis/q̄3 sint:& maxime si q̄ bibat au/dianꝭ cadere velut i puteū:ē significatio valde mala. Quida3 cōparātes iter ꝯfortari mēte:& bñ se hēe ad oblationē dixerūt: ꝙ bonitas appetitus plus facit ad curā/q̄3 ꝯfortatio mentꝭ:q2 p ipm per qd ad ipm cōseqtur cōe istrumētū virtutū.s.calidū naturale/& sequitur ad ipsum effectus magis realis.

Tē de hoc Nicolus i. 2°.tra.ꝑ.c.13.de ꝯsideratiōibus requisitis ad cibi exhibitionē de hoc aliquid bene.

Tē ď hoc met i.2°.trac.vlt°.c.6.de signis bōis & malis & medijs arat apho. p duob⁹ signis positis i eo.

Te3 pro vberiori doctrina vide in.3°.sermone tracta tu.ꝑ.cap.15.de effectibus qui prouenīūt ex imaginatione/& est cap.pulcherrimum.

c.20.de signis sūptis ab opa tiōibus virtutis nālis.

54

In morbis minus periclitātur egrotā/tes/qbuscūqꝫ ꝓprię naturę/et etatis/et habitudinis/et horę/egritudo inest magis q̄ qbus nō ꝓpria secūdū aliqd horꝝ iest.

Uetus.

Et morbos minus hi piclitātur/quorꝝ naturę morbus cōuenit/aut etati aut habitui aut tempori/q̄ quibus nō cōuenit aliqua ex his ratione.

Theod.

Leoni.

IN morbis minus periclitātur/quorū naturę/aut etati/aut habitudini/aut tempori magis congruit morbus/ꝗ quibus secūdū nihil istorum congruit.

Nicolus in.2ª tra.p.suma.2ª cap.p. d cura tiōe morborū p istrumētum potiōis in generali.

NJcolus loquens de his a quibus sumuntur indicationes pro medicine quātitate exhibende. Dixit autori/tate Gal.7.terap.ex cōplexione mēbri sumit indica/tio/isto mō.nā si mēbrū cōplexionis calide egrotabit egrotatione frigida magis calefier i⁊ longiori tpe opoztebit/⁊ cō.⁊ similiter est in alijs cōplexionibus/q2 opʒ reducere mēbrūʒ ad nālēʒ suā cōplexionē a qua multū euerse sunt. Si.n.mēbrūʒ calide cōplonis egrotabit egritudie calida:dixit Gal.parua breuis spacij opus est ifrigidatione:⁊ similiter est de alijs cōplo/nibus.⁊ subdit vñ minus periclitātur quibuscūqʒ proprie nature egritudo existit/⁊ est apho.hip.i morbis minus⁊c.⁊ pʒ ex dictis quare opoꝛteat cōplonēʒ mēbri ꝯriare/qm̄ cōplo naturalis est iudex sui/⁊ cōplonis innālis. Naʒ cum cōplo nālis mēbri scita fuerit.⁊ cōplo innālis eius dixit Auic.scit.s.p mēsurā estimatiuā quā scita scietur quātitas medicine cū qua ad temperamētū reduci possit. Vbi gra.qm̄ si sanatiua cōplo fuerit calida ⁊ egritudinalis frigida/tūc iā multa esset elongatio a cōplexione sua nāli/⁊ tunc multa indigebit calefactione/ꝙ si ambe fuerint frigide/q2 parua est elongatio a nāli sufficiet ei parua calefactio/in dictis verbis Auic.⁊ Gal.insinuant ꝙ lapsus dissimilis cōplexioni sit maior ꝗ̄ similis.qd dictū sic i se cōsideratū nō ꝯtinet veritatē/qm̄ vnūquoqʒ corpus pōt duci ad vtrūqʒ lapsuʒ.s.similē ⁊ dissimilē equalis gradus/siue magnus lapsus sit/siue paruus/siue mediocris/⁊ fortasse hoc dictū sic absolute cōsideratū potius indicat oppositū qm̄ omne corpus est magis aptū alterari ab agente ducente ipm ad lapsum similē ꝗ̄ ad dissimileʒ.ex qua aptitudine fortiorē ⁊ maioreʒ ab illo impssionē recipiet:Actus.n.actiuoꝝ dixit Aristo. sunt in patiēte disposito:⁊ ideo corpus calīn ab agente calido facile incurrit egritudinē calidā magnā/vbi corpus frigidum ab ipo agēte egritudinē calidā in paruā difficulter incurrit:⁊ nō nisi a magna cā. Sed pdictū verbū Gal.⁊ Auic.continet veritateʒ suppositione facta:quā ipsi itellexerūt/q̄ est ꝙ lapsus

similis ⁊ dissimilis iudicetur per sensum tactus equalis/⁊ cuȝ equalitate accidentiū ab ipo lapsu euenientiū: verbi grā sup/ponatur ꝙ corpus calidum incurrat egritudinem calidam/ ⁊ frigidū corpus ēt incurrat egritudinem calidā. tūc si in vno quoqȝ corpore quo ad tactū inueniaf equalis caliditas/⁊ fue rint in vtroqȝ accn̄a a caliditate prouenıētia equalia tūc certū est/ꝙ valde est maior recessus a cōplone sua nāli i corpꝑe fri gido ꝙ̄ in calido. Nō.n. peruenire pōt corpus frigidū: vt i eo reperiaf ad tactū ideȝ gradus caloris/qui reperit in calido nı̄ si i eo addita fuerit caliditas multa/⁊ sic v̄ificato dicto Gal. ⁊ Auic. bene apparet eligi debere quātitatē medicine maiorē ꝯ lapsum dissimilē/ꝙ̄ ꝯ similē/ita vt qn̄cūqȝ egrotat corpus frigidum egritudine calida indiget medicina frigidiori ꝙ̄ cor pus calidū egrotans egritudine calida/supposita paritate la/psus ꝑdicta. Opȝ.n. vt quātitas medicine correspondeat quā titati lapsus/vt proportionef virtus eius quantitati recessus a cōplexione nāli/⁊ etiā ex cā quā posuit Gal. 7. terap. Nam cō plexio nālis nō solū indicat super inuentionē medicine ⁊ quā titatis eius in quātū ipa significat/ꝙ magnus est recessus ab ea/vel paruus/sed etiā indicat pp̄ seipsam in quātuȝ indicat se deberi p similia ꝯseruari ⁊ sic corpori flegmatico egrotāti egri tudine calida debentur frigidiora/ꝙ̄ colerico egrotanti egritu dine calida eiusdē gradus. cum illa ad sensum/⁊ vt supradi/ctū est: ⁊ similiter intelligenduȝ est de iuuene ⁊ sene ⁊ de viro: ⁊ muliere/⁊ de egrotāte estate ⁊ hieme modis dictis/ꝑsuppo sitis tn̄ semꝑ ceteris paribus/de virtute/habitudine corporis: cōsuetudine ⁊ alijs. Si.n. cetera paria nō eēnt nō verificaref verbū eor/sicut Auer. 7. collig. ostēdit. Cū arguit ꝯ medicos qn̄ iuueni causonizāti cōcedūtur frigidiora/q̄ si cōcederentur seni causonizāti extingueref calor eius. Nō.n. ꝯtingit hoc seni rōne lapsus sui/sed rōne virtutis/⁊ nālis cōplexionis eius.

Itē i eodē. 2°. tract. 2°. sūma pª. c. ii. de cō/paratione fe/bris ad alios morbos in le sione ⁊ mali/tia.

Indicatione quoqȝ sumpta a re nāli/⁊ nō nāli cano/ne cōparationis seruato vna febris altera deterior di citur/ꝙ mortalior: secūdū ꝙ febris eueniens feminis mortalior eueniēte viris/⁊ eueniēs senibus deterior est eueniē/te pueris ⁊ iuuenibus maxime si senes decrepiti fuerint: Dixit Gal. in fine ꝓmi apho. qui crescūt: ⁊c̄. ⁊ patebit inferius cap. de causone per Auic. ⁊ eueniētes pueris deteriores sunt eueniē tibus iuuenibus: ⁊ ratio istoȝ est lōgior distantia a caliditate

naturali/⁊ febres in exercitantibus artes fabriles ⁊ similes mi
nus periculose sunt q̃ꝫ i cõtrarias artes exercẽtibus: vt i fulloni
bus ⁊ similibus/⁊ minus periculose sunt euenientes in vigilanti
bus ⁊ se exercitantibus/q̃ꝫ delitiose ⁊ desidiose viuẽtibus/⁊ re
gionibus/⁊ cõstitutionibus frigidis ⁊ humidis periculosiores
sunt q̃ꝫ i calidis ⁊ siccis/⁊ totũ hoc sumit̃ i apho.i morbis mi
nus: ⁊c. ⁊ febris eueniens nõ consuetis febrire/⁊ corporibus tẽ
peratis periculosior q̃ꝫ i corporibus distẽperatis cõsuetis febri
re: ⁊ maxime si absq̃ꝫ febre i anno processerint. Nõ.n.egrotãt
huiusmodi corpora nisi a causa magna valde.

In morbis minus periclitant̃/quibuscũq̃ꝫ proprie na
ture.i.cõplexiõis nãlis/vel etiã cõplonis acqsite: ex cõ
suetudine in tp̃re/⁊ etatis supple ⁊ sexus/⁊ habitudi/
nis.i.cõplonis corporis/⁊ tẽporis anni/supple ⁊ cõstitutionũ
⁊ regionũ: ⁊ alioꝝ etiã annexoꝝ p̃dictis egritudo icst/magis
q̃ꝫ qbus nõ propria.i.nõ similitudinarie fm hoꝝ aliquid icst.
Dixit Ras.16.cõtĩ.iudica modũ egritudinis sequẽtis naturã
egri/⁊ etatẽ/⁊ tp̃s p̃ns supple ⁊ alia supradicta particularia
minoris eẽ fallacie õrio: qm̃ morbus cõtrarius fit ex cõdomi
natione forti valde/⁊ morbus cõueniens ex leui modo/ex for/
titudine vehemẽti/⁊ si perquirãtur due febres causonice equa
les i magnitudine inuenit̃ illa ipsaꝝ q̃ fit i hieme peior eẽ qm̃
mã eius abundãter nõ accideret in complone frigida ⁊ i aere
frigido cũ magnitudine equali febri accidenti in estate: vñ ista
est mala. qm̃ significat sup̃ violentiã cause ⁊ fortitudinẽ eius.
vñ dixit Almans.io.egritudines calide ⁊ fortes i senibus ⁊ in
cõplones hñtib⁹ frigidas ⁊ i regiõib⁹ ac tp̃ib⁹ frigidis deterio
res sunt q̃ꝫ i coꝝ õrys: ⁊ Cõstan.ad cõfirmatiõẽ apho.i addi
tiõe sua i hoc cõtĩ.dixit q̃ fortꝫ ẽ ignis q̃ i aqua nõ extinguitur:
q̃si dixerit fortꝫ ẽ cã morbi q̃ i dispõne õria vt tp̃re õrio occur
rit. Dicũt valẽtes expositores ad hoc vt egritudo silis cõpõni:
cõplonu/etati/⁊ alijs pticularibus sit saluior ea q̃ illis est õria
opꝫ p̃supponere q̃ cetera sint paria/p̃p̃ quoꝝ declaratiõẽ no
tãda sunt sex. p̃m̃ ẽ q̃ iudiciũ sumptũ a similitudine vel dissimi
litudine fundet̃ sup̃ magnitudine morbi ⁊ paruitate: ⁊ itelligẽ
do p̃ minus piclitari minus mortꝫ piculũ icurrere/vel minus le
sionis iducere morbos quãtũcũq̃ꝫ salubres/sic apho.est verus
ceteris parib⁹ nã si cetera nõ forẽt paria nõ eẽt v̾us: possẽt.n.
vnus colericus febrire febre colerica mortali i estate/⁊ flegmã

Ité i codẽ.2°. tra. vltimo di stinctiõe.6.õ pnosticatiõe cap.54. de iu dicio sũpto a silitudie mor bi ad disposi/ tiões patientꝫ: ⁊ hoc cap.io/ rũ est pro hoc apho. sed vt breuius pote/ ro p̃stringã.

ticā salubrī i hieme. 3ᵐ notandū est: vt sumaẜ a similitudine ⁊ dissimilitudine morbi ad predicta iudiciū. pro vt possint esse cause augumentabiles vel exacuibiles morbi aut remissibiles eius: ⁊ obtūdentes: sic apho. eēt falsus. Si. n. cōsideraremus istas res similes pro vt cause sunt morbi/ tūc argueremus maius periculū morbi/ q: simile facit suū simile furere: ⁊ vt sunt ꝯrie argueremus minus ꝯrūi: q: ꝯtrariū est curatiuū. 3ᵐ notādū est ꝙ opꝫ ꝑsupponere equalitatem morboꝝ: posset. n. vna parua febris colerica de pauca colera venire i corpore flegmatico/ q̄ leuior erit ⁊ citius sanabiẜ. q̄ꝫ vna febris colerica fortis de multa colera eueniens i corpore colerico. 4ᵒ notandū est ꝙ licet aliqua dispō fm genus sit dissimilis alicui pōt tñ diuidi i spēs/ quaꝝ vna/ diceẜ similis illi dispositioni. i. minus dissimilis q̄ꝫ alia: ⁊ iō licet febris i genere nō sit similis seu ⁊ flegmatico/ i quātū febris ē morbus calidus: febris tñ diuisio i croni cam ⁊ acutā diceẜ ei similis/ ⁊ acute dissimilis. 5ᵒ notandū ē: ꝙ vnus morbus ex vna conditione pōt esse alicui similis/ ⁊ ex aliā dissimilis: ⁊ sic talis morbᵘ i quātū similis diceẜ morbus periculosus pro quāto: vt sic significāt debilē cām/ ⁊ quātum dissimilis diceẜ magis periculosus q: vt sic significat fortem causaꝫ: ⁊ tūc viñcētī dabiẜ iudiciū: vbi gr̄a spasmus siccus est similis neruo rōne cōplexionis/ q: neruus ē sicce cōplōnis/ sed est dissimilis sibi rōne cōpōnis: q: spasmus siccus fit p resolutionē paruū propter humiditatis/ ⁊ ꝯuersione ipaꝝ i vaporē. Neruus aūt pp sui duriciē difficulter euaporat/ ⁊ tūc deēo dabiẜ vincēti iudiciū: q: spasmus siccus ē piculosior i neruis plus rōne dissilitudinis ad nāleꝫ ꝯpōneꝫ. i. ad modū substātie coꝝ: q̄ꝫ sit minus piculosus rōne sitūdinis ad nāleꝫ ꝯplōnē. 5ᵒ notādū ē ꝙ morbū eē similē ⁊ dissimilē alicui pōt attēdi dupliciter: vno mō i qualitate formali: vt morbū calidū ꝯplōni calide: ⁊ isto mō nō sumiẜ hic: alio mō similitudine virtuali/ q̄ similitudo nihil aliud ē q̄ꝫ qdā aptitudo ꝯuersiōis i aliū: vt ꝙ vnum sit aptū cōuerti ad aliud posito ꝙ nulla interueniat inter ea similitudo formalis qualitatiua: verbi gr̄a: spasmus siccus similitudine formali qualitatiua est dissimilis pueris/ qui sunt humidi: sed est eis similis similitudine aptitudinis cōuersioni ad eos/ qua similitudine pueri sunt magis apti incurrere spasmum siccū q̄ꝫ iuuenes/ q̄ aptitudo procedit q: coꝝ humiditates sunt magis resolubiles: ⁊ faciliᵘ ꝯuertibiles i vapores/ q̄ꝫ humidi/

Itē p hoc vi/ de sup apho. 40.huius pti. brana:τc. Itē Nicolus i 3ª smone tra. 3.c.7.de spa/ smo in signis. sup vno textu hip. p. epid. q spasmus ē minus piculo sus i pueris τ citius liberāt sʒ Auic.τad ducit apho^m. sed dimitto. Uenus.

tātes iuuenū/τ isto modo morbus dicet esse magis pporitio nabilis q̄ similis/τ quāuis hip.solū expresserit ō morbis.pōt tū idem dici de causis eoꝝ/τ accidētibus/τ morbis.de causis apparet:nā si multiplicet colera:verbi grā in estate est minus malū/q̄ si multiplicaret in hieme:τ de accidētibus apparet: τ.p.de actione lesa.Ubi grā.si prostratio appetitus sit in cō/ plone calida est minus malū/q̄ si fiat in frigida/τ Ubi grā:i exeunte mutato/vrina aquosa apparens in colerico deterior ē q̄ in flegmatico/τ dicūt q ad hoc vt verificet apho.in mor/ bis i materialibus opʒ psupponere/q morbus dicat periculo sior nō ob hoc vt eius cā āmoueat/cū nō habeat a qua depē deat i ɔseruari/sʒ dr sic/q hʒ vel habuit suū fieri afortiori cā.

35

In omnibus morbis ea q̄ circa umbi licū et pectinē sunt/spissitudinē habe re melius est/nimis uero tenue et ta befactū malum. Fallax.n.huiusmodi ad infe/ riores purgationes.

Theod.

In quauis egritudine partē umbilici: et imū uentrē esse pleniorē melius ē: admodū extenuari atq tabescere ui/ tiosum est: ad inferas etiam purgationes hoc idem tutum non est.

Leont.

In quouis morbo partes ad umbilicū et imum uentrem attinentes crassitū dinē habere melius ē/multū uero ex tenuari ac cōtabescere prauū:sed et hoc quoq ad inferiores purgationes periculosum.

Nicolus.i.2ª. tract.p. sūma 2ª.c.9.ō regu ...bus ...o lis co... ...itui τ solu/ tiōi vētris.

Dixit hip.in oibus morbis q̄ sunt circa vmbilicū:τc. q habentes ventrē spissum apti sunt ad iferiores pur gationes/τ quidā addunt etiā ad superiores/τ p op positum habentes ventrem macrū τ extenuatū nō sunt apti ad p...rgatiōes neq inferiores/neq superiores:Dixit Auic. 4ª.p/.

solutio ventris ꝛ vomitus cū macredine ventris est difficilis ꝛ laboriosus ꝛ timorosus eo ꝙ habēt virtutes nāles debiles: ꝛ nimis extenuarētur ex eūone ventris eoꝝ: ꝛ hoc siue sint sani/siue neutri/siue egri/spissitudo aūt ventris/q̄ non fuerit pp pinguedinē significat virtutes nāles fortes/q̄ melius digerūt humorē eūandū/ꝛ melius regulant medicinā solutiuā/ꝛ melius expellūt/vñ i eis euacuatio reddit facilis/ꝛ nō timorosa. Scias tñ ꝙ supradicti extenuatoꝝ vētriū nō ꝓhibēt a q̄cūqȝ eūone/sȝ solū a purgatiōe forti max̄ cū medicinis fortibus.

In oibus morbis ea q̄ circa: ꝛc̄. ꝛ Auic. dixit hoc idē 14. 3ⁱ. cap. de hidropisi circa finē/ꝛ nō itellexit d̄ vētre grosso pp multā pinguedinē/sed de ventre carnoso cū pauca pinguedine. Nā spissitudo vētris vel alterius mēbri est ad quā seqꝛ sentit q̄dā grossitudo p p̄sentiā carnositatis debite/ꝛ debite pinguedinis cū quadā cōpactione ꝛ tensione per multā humiditatē substātificā/ꝛ multitudinē spirituum. Hec.n. spissitudo siue sit moderata siue etiaȝ excedat est bona per viā signi/q: significat potentiā virtutū nāliū/ꝛ stomacuȝ ꝛ epar bene digerere/ꝛ est bonū per viā cause q: ista spissitudo defendit interiora ab extrinsecis ledētibus/maxime a frigoribus/ꝛ ē cā vt digestiones melius celebrētur/reflectēdo calidū sup interiora/tenuitas vero ventris q̄ est spissitudini opposita: siue sit nālis siue p̄ter nāȝ/quā Hip. notauit ventrē tabefactuȝ est mala per viā cause ꝛ viā signi pp causas oppositas causis spissitudinis: ꝛ hoc idem Ras. 16. cꝫ.

Itē i eodē. 3. tracta. vltimo de ꝓnostica/ tiōe. c. 12. de signis sumptis ab hipocūdri is ꝛ pt̄bus vētris. q̄si ī principio.

36

Sana habentes corpora pharmaciis purgati exoluūtur: celerius uero malo cibo utentes. Vetus.

Qui salubri corpore sunt celeriter per euacuatiōes oppressi dissoluūtur/atqȝ etiam qui prauo cibo utuntur. Theod.

Qui salubritatē corporis habent p medicamenta euacuati cito exoluuntur: et qui prauo utuntur cibo. Leon.

Nicolus i.2°. tra.p.suma.2° c.6. de euone in gnali qsi i pncipio.

E dixit Auic.5°.pmi.cap.de exercitio/q medicina solutiua purgat & inueterat. Habet.n.qualitates pa/ pue ocultas prias corporib⁹ hominu/quib⁹ no solu peccante mouet humore sed etia corpora conueniente/p quibus conuenies euone3,corpus debilitatur/& maxime debilitat per ea plus corpus sanu simpliciter semp/q3 sanu multu3/& sana multum/q3 sana nuc/& sana nuc/q3 neutra/& neutra/q3 egra nuc/nisi corpora egra nuc multis humoribus malis sint reple ta/na corpora egra nuc ipis multis malis humoribus repleta cu purgatur citius exoluunt/q3 corpora neutra/& q3 sana sim pliciter/& q3 sana nuc/& etia q3 egra nuc/no tot malis humo/ ribus repleta/& coparans Hipp. corpora sana simpl'r semp/q dns iculpate sana/ad corpora egra multis malis humoribus repleta.2° aphor3 dixit:sana habetes corpora pharmacijs pur gari celeriter exoluuntur/q3 malo cibo vtentes.intelligens per vtentes malo cibo habetes malu sanguine no aptu nutricatio ni mebroru/& plenos multis pessimis humoribus/quales sunt leprosi:dicens.n.corporibus sanis no copetit euo:q2 vt dictum est fit in eis difficilis/& etia corporibus leprosor3 no competit euo per pharmaciā/q2 accidit p eam in eis comotio in humo ribus eor3 malis/q'u sunt multi: Bonos.n.habent paucos:& illi multi mali humores moti a pharmaco āplius ledunt eos: verificatur tn dicta de pharmacijs euantibus exoluedo & ma xime fortibus,medicine.n.lenitiue no phibetur etia3 i leprō/ sis:quia non sunt humorum agitatiue.

57

Uetus. S Ana habetes corpora phatmaciis uti difficile est.

Theod. Q Vi corpore bene constant difficulter ad usum ueniunt medicamentoru.

Leoni. Q Vi bene se habent corpore difficulter ferunt medicationes.

Nicol⁹ vbi su pra in prima/ cio cap.

E euo quidem debet corporibus sanis nuc/lapsis/& neutris decidetie vere/& gualescentibus no vere/& cor poribus egris nuc/& qnq3 debet corporibus sanis vt multu & paru lapsis pp conseruatione cor3 vel reductione ad

melius. Corporibus aūt sanis simplr semper imo etiā ꝛ sanis vt multū viventibus bono ꝛ recto regimine nō ꝯsuetudine vel aliqua causa depravato/qm̄ p se absq̧ auxilio extrinseco suas expellūt superfluitates cū non cōpetit/de quibus loquēs Hip. dixit/sana habentes corpora pharmacijs vti difficile: ꝛ cōsilr dixit Avic. 4ª. primi. eo ꝙ cū sint mūda per seipsa ꝛ superfluitatibus si sumerēt pharmaci. i. pharmacia ipa cōuerteret se ad bonos humores/ ꝛ agitaret ipos: vn̄ sequerētur accidentia de dolore capitis/vertigine ꝛ alijs nominatis a Gal. i cōmēto ꝛ sic cū illa in eis fieret difficilis. dr̄ n. difficilis cū illa ad quā grauia sequūtur accidētia/siue humores agitētur ꝛ nō educā/tur/vel tarde educanẗ/ꝛ cū accidētibus/sicut cōtingit i dictis corporibus sanis et pharmacia ipa/cū in eis humores bonos agitat/vt educat/sed q: boni sunt natura nititur ad retinēdū eos/ꝛ sic pugna accidit inter naturā retinētē ꝛ pharmaciam attrahentem: ꝛ sic agitatio accidit in humoribus/ꝛ mala tolerantia in virtute/ꝛ accidit vertigo propter agitationem spirituum ꝛ humorum/ꝛ multorum fumorū ascensionem/ꝛ accidit ventris torsio agitatis humoribus: ꝛ ventositatibus multis eleuatis in stomacum: ꝛ in intestinis: ꝛ generant in eis malā complexionem: ꝛ solutionem continuitatis: vnde generatur in eis dolor ꝛ contorquentur pacientes circa stomacum/ꝛ intestina/ꝛ circa se totum: vnde angustiatur ꝛ inquietatur frequenter mutando situm/ꝛ hic accidit dissolutio multa ꝛ resolutio humidi substantifici.

38

P Arum deterior cibus et potus: delectabilior uero: melioribus quidem indelectabilibus magis appetendus. — Vetus.

P Otus et cibus paulo deterior/modo suauior sit/q̄ qui melior est/sed insuauior/anteponendus est. — Theod.

P Arum deterior potus/aut cibus/suauior autem melioribus quidē/sed minus suauibus/est preferendus. — Leoni.

Nicolus i.2. tract.β.sũma p.c.13. de cõsideratiõib' re/ q̃rũ ad cibi exhibitionem.

Quod si cibus eucbimus haberi nõ poterit/aut egroto abbominabilis fuerit/ꝛ renuat̃ tũc eligendus ẽ cibus paruã habens malitiã/ꝛ maxime ille qui ab egroto appetit̃. Dixit.n.hip.pa℞ deterior cibus ꝛ potus delectabilis magis eligendus bono idelectabili pãpue in quãtitate moderata sumptus:ꝛ cõfirmauit hoc Auic.3.primi.Naz sicut dixit Gal.in 2°.dicti apho.ois cibus sapidus.quo quis delectatur cuz accipit̃ a stomaco amplexus retinet̃/ꝛ cũ magna delectatione digerit̃ plusq̃ alius cibus:bona autẽ cõprehensio cibi a stomaco dixit Auic.13.3.potissima cã est digestionis bone/ꝛ eius bona digestio cõtigit eius malitiã paruã.propterea dixit Gal.disponendũ est regimen cibo℞ secũduz infirmi appetitũ: vñ cõsiderandũ est si ifirmo sint multi vtiles ꝛ cõuenietes cibi: ꝛ sint quidã ex eis minoris vtilitatis ad quos anima infirmi inclinat̃/tũc appetitus infirmi sequendus est/dabisq̃ quẽ magis desiderat cibum. Conferentior.n.ꝛ vtilior est ei/quãdoq̃ tamen contingit q̃ eger nil vult assumere/ꝛ nihil appetit nisi cibũ magne cachochimie ꝛ ponit̃ in hoc medicus i angonia: an cõcedat ipm an nõ:Dixit Gal.8.pratice.Si appetitus ad cibum inclinauerit nõ opportunũ oportet vt modicũ de eo sumat/ꝛ multũ illi promittat̃:ꝛ maxime si ifirmi virtus cecidit: ꝛ debilitatas appetitus est aut fuerit ibi subuersio/aut abbominatio/ꝛ melius est illum malũ cibum corrigere quantum possibile est/vel alium loco eius dare/qui illi quem appetit simile tur/vt verbi gratia si appetit lac coagulatum offeratur ei lac de amigdalarũ dulcium decoctuz donec coaguletur:quod si nec hoc fieri poterit/tunc melius illum exhibere cibum est propter effugere nocumẽtum/ꝛ q̃z finere egrum mori. Ita q̃ si etiam causonizans allea appeteret/ꝛ nil aliud vellet sumer̃ concedẽda sunt ei/ꝛ si febrem augeant vehementer/ꝛ potius hoc fiendum est cum iam res posita fuerit in desperatiõe. Multotiẽs enim contingit/q̃ natura in tantum confortatur cibo diutius affectato/q̃ inde liberetur eger ab egritudinibus grauissimis: ꝛ per medicum desperatis:ꝛ subiũgit Nicolus quomodo medicus debeat se habere circa malũ cibũ exhibẽdũ q̃d dimitto.

Item i eodẽ.2. ꝛ eodẽ tra.c.60.de dieta in dicationibus sũpt̃a reb'nã lib'idẽ sed diminutius.

Itẽ Nico.i.5. trac.4.c.30. de cura dẽstru ctiõis appeti/ tus ꝛ diminu tiõis idẽ.

Itẽ Nico.i.β. c.13. q̃liter se dz hre medi/ cus erga aliosͣ vel alia parũ de hoc.

Et sciãs q̃ omnis operatio/que cum delectatione fit melius perficitur/ꝛ hoc potest trahi ab Hip. i apho. parum deterior cibus: ꝛc. delectatio omnem perficit operationem ethicorum decimo.

Itẽ Nico.i.4 trac.3.c.7.de opationibus i fine cap.

Uetus. S Enes iuuenibus plerūq; egrotant minus/quecūq; uero egritudines eis cronicę fiunt multotiēs cōmoriūtur.

Theod. S Eniores magna ex parte minus egrotant q̄ iuuenes. Attamen qui lōgi his acciderint morbi magna ex parte insanabiles tota uita comitantur.

Leoni. S Eniores iuuenibus plurimū egrotant minus/q uero morbi ipis accidūt lōgi maxima ex parte comitāt ad mortē.

D Ixit hip. senes. s. pximi plerūq; egrotāt minus iuuenibus ꝛ etiā minus pueris/ꝛ iuuenes ēt plerūq; minus egrotant pueris: ꝛ rō ē q: pximi senes respectu iuuenū ꝛ puerorꝫ plerūq; meliori vtūtur regimine pp lasciuiā/ꝛ inexperientiā puerorꝫ. Nā isti magis q̄ senes a ꝯcupiscentijs molestant: ꝛ. n. iuuenis dixit Arist. p̄. ethic. inexptus eorꝫ actuū/qui secundū vitā sunt/pueri etiā respectu iuuenū/ꝛ seniū sunt inexpti/ꝛ sunt gulositates insequētes: vn̄ in regimine magis iuuenibus ꝛ senibus errant. ꝛ dixit Gal. in ꝯ°. q hip. notanter dixit plerūq; q: nō quilibet senex quolibet iuuene egrotat minus: q: non quilibet senex/vtit meliori regimine quolibet iuuene/imo ego dico/q diebꝰ nostris vidi plures senes egrotat magis iuuenibus/q: hodie senes insequuntur lasciuias ꝛ ꝯcupiscentias eorꝫ nō minus iuuenibus. Quicūq; ergo senex nō vtit meliori regimine q̄ iuuenis plus egrotat pp virtutis debilitatē. Nā si iuuenis eque bono vteret regimine sicut senex minus egrotaret pp fortitudinē virtutis eius/se melius defendētis/ꝛ minus superfluitatis multiplicātis. Si vero iuuenis vteret regimine peiori egrotaret plus: q: plus faceret illud malū regimē ad causandū morbū/q̄ fortitudo virtutis sue ad resistenduꝫ: ꝛ. p̄. de acci. dicūt iuuenes incurrūt magis morbos calidos/q̄ frigidos. Senes aūt magis icurrūt morbus frigidos q̄ calidos/ꝛ sunt eorꝫ morbi diuturni/q: fiunt de mā frigida apta tarde resolui/ꝛ dixit hip. q̄cūq; egritudines senibus cronice fiūt mul/

Nicolus i. p̄. s̄mone tra. 2° cap. 19. quō diuersi mōbi generant s̄m diuersitatem regionū/etatuꝫ: cōplexionū/ꝛ aliarꝫ diuersarū circūstātiarū/ꝛ q magis in vna q̄ in alia.

totiens cômoriũtur/q2 vt dicit Gal.in 2°.virtus senũ est defecta/nõ sufficiens 2plere digestionẽ ⁊ resolutionẽ materie morbo2 cronico2. Si tñ 2tingat senes icurrere morbũ acutũ plus iuuenibus cômoriuntur ex eo/pp dissimilitudine3 morbi acuti ad naturã eo2ũ/⁊ pp virtutem eo2 esse defectã:⁊ ideo magis senes cômoriũtur ex morbo acuto q̃3 ex cronico: Juuenes aũt si incurrũt morbũ cronicũ dicũt quidã magis cômoriũtur senibus ex eo pp incõformitatem morbi cronici ad naturã eorũ/q plus facit ad inducendũ mortem/q̃3 faciat fortitudo virtutis eo2 ad resistẽdũ/⁊ tu potes idẽ 2siderare de morbo sicco ⁊ d humido.⁊ scias q̧ qcũq3 morb9 dure curaf i iuuene duri9 curaf i sene/⁊ durissime idecrepito supposita tñ 2itate morbo2.

Tẽ Nicolus i.2°.tracta.2°.distin.5.de febribus/melancolicas,cap.p̃.de febre intica ⁊ spẽbus eius de hoc vbi ponit,p quartana exẽplũ/q̧.f.nõ curaf in valde senibus:vt i quodã notauit/i quo visa ẽ febris declinare ⁊ postea mortuus ẽ apparẽtib9 signis digônis q2 ẽrat senex valde ⁊ citat aph^m.⁊ ego hoc idẽ anno pterito.1520.notaui i mag^o. dño Joan.Frãcisco palẽterio/quẽ duplex quartana inuasit:⁊ vna resoluta ⁊ apparentibus signis digônis pfecte/ita vt oẽs de eius salute sperarent/tandem defecit/⁊ ego semper firmaui pronosticum meum super hoc apho.q2 erat senex valde.

40

Uetus.	b	Ranci et corize in ualde senibus non maturantur.
Theod.	r	Aucedines et grauedines maioribus admodum natu côcoqui nequeũt.
Leoni.	r	Aucedines et grauedines in ualde senigus coctionem non admittunt.

Nicolus i.3°.fmõe trac.7.c.5.d catarro ⁊ cor3a i cau fis cxtriseci. — b — Rãci ⁊ cori3e supple ⁊ catarri i valde senib9 nõ maturãtur:⁊ itellexit vt plm⁊ Auicẽ.dixit/cũ frigiditas côplexiôalis fit fort3 ⁊ figlf i eo sicut fit i senibus dr q̧ ipe nõ digerif nisi puenerit ad vltimũ finẽ i sanitate côplonis ⁊ caliditat3 eius/⁊ q̧ cerebro frigido cũ aduenit nutrimẽtũ debilitatur i senibus/⁊ i habente cerebrũ debile/quare non digerif i ipo qd de nutrimento puenit ad ipm pp debilitatẽ suã:⁊

superfluū .i. superfluitatē cōuertitur/qua fit catarrus/quare descendit/& maxime verificat i decrepitis i quibus isti morbi vt plm sunt frigidi & de mā multa/& difficilis digestiōis / ad quā digerendā nō sufficit calor debilis decrepitor:quāuis tū isti morbi sint similes etati decrepitor non tū falsificat apho. in morbis minus periclitantur egrotantes:&c.& hoc pp duas causas quas tangit Gal.in cōmēto.pª.est q: isti morbi nō sunt de periculosis de quibus ille apho. loquitur.2ª.est q: illud nō cōtingit pp similitudinē vel cōtrarietatē cor/sed pp nimiam debilitatē decrepitor:& scias q si mā dictor morbor eēt pau ca & nō mlte frigiditatis possent i eis maturari:vt experītia sepe dmōstrat:& max' i decrepiti robustis/& vtētib' bono regimie.

Itē Nico. in 4°.tra.2°.c.15 de asmate ve ro & nō vero adducit apho. sz nihil vltra.

41

¶ Vi exoluūt frequēter/et fortiter sine manifesta occasiōe repēte moriūtur. — Uetus.

¶ Vi sepe etiam multū exoluūtur. sine causa manifesta/hi de repēte moriūt. — Theod.

¶ Vi frequēter et fortiter absq cā manifesta exoluūtur de repēte moriūtur. — Leoni.

Ui exoluuntur.i.sincopizant velociter absq manife sta & exteriori causa repente moriūtur supple tamen q si aliquando venenositas non esset multum intēsa quandoq virtus sufficit ad quartum & vltra/immo & quādoq cōtingit ex sincopali minuta liberari licet raro.

Nicol° in.2°. trac.2°.disti.7 c.23.de signis gnalib' febris sincopalis.

Iuxt hippo.2°.apho.mox.qui exoluūtur frequenter & fortiter sine manifesta causa/aut qui ex tasim paciun tur cum supradictis ɔditionibus repente.i.subito mo riūtur.Nā illa sunt signa sincopis cordialis: Dixit Auic.quā do cōtinuatur sincopis & fit vehemens:& nō est causa manife sta faciens causam.s.causa primitiua/aut causa in alio mēbro a corde/sed est cordialis tunc habens eam moritur subito / q: vt dixit Gale. in cōmento In talibus virtus est vltimate defe cta quia frequēter eueniens est/& quia fortiter significatur ma gnitudo cause:& malitie eius/& notant q hij dicuntur repen te mori / qui in paruo tempore & paucis sincopibus vt quar ta/vel quinta moriuntur.

Itē Nicolus i 4°.smone tra ctatu.5°.c.15. de sincopi' añ pricipiū cure.

Uetus. a Poplexiam fortem soluere impossibile est:debilem uero non facile.

Theod. s Tupor attonitus uehemens solui nõ potest/leuis non de facili potest.

Leoni. s Oluere morbũ/quẽ apoplexiã uocãt fortẽ/ĩpossibile ẽ:debilẽ ue10 nõ facile.

Nicolus i.5°. tract.2°.sũma 5.c.14.ꝺ apoplexia quasi i principio.

m Ultipliciter repit ab autoribus apoplexiã fore distincta.vno mõ penes cãꝫ:⁊ vt sic i sunt ei due spẽs:vna mãlis/⁊alia imãlis:⁊ mãlis distinguit.2.vno mõ penes modũ materie opilãtis/⁊ sic quedã est apans/⁊ ꝗdã nõ: alio mõ penes diuersitatẽ essentie materie opilãns.2°.reperit apoplia distincta penes sitũ materie opilãtis:⁊ vt sic alia est i vẽtriculis ipsius cerebri ⁊ i meatibus spũ a cerebro ad alia mẽbra procedẽtis/⁊ alia est i venis sub eticis i quibus trãsit spũs a corde ad cerebrũ.3°.reperit distincta penes ipsius itensionẽ ⁊ remissionẽ/⁊ hoc.2.vno mõ inspecto fine/q ad salutẽ vel ad mortẽ:⁊ vt sic sunt ei due spẽs sm hip.i apho.apoplexiã quidem fortẽ:⁊c.quarũ vna dr fortis seu icurabilis/⁊ alia dr debilis seu curabilis.alio mõ ispectis sinthomatibus i ea eueniẽtibus maxime i anhelitu/⁊ spuma/⁊ vt sic penes Gal.i cõmto.dicti apho.4.seu.5.ponũtur spẽs eius.vna ẽ i qua repente redditur in sensibilitas i toto corpore respiratione soluꝫ excepta/q̃ si fuerit prohibita maxima erit ⁊ acutissima:⁊ i hoc tetigit duas spẽs apoplexie/alia est i qua respirant cũ violentia vehemẽtissima.⁊ hec est fortis/⁊ est alia nõ eque fortis: q̃ sine violentia habet respirationẽ sed iordinatã.Alia est i qua est ordo in ispirationе sed debilis/q̃ faciliter curat:⁊ has spẽs quidã ad tres deducũt/quaꝝ vna est i qua motus anhelitus auferit apparenter.2a.i qua anhelitus angustiose ⁊ iordinate fit:⁊.3a.est i qua anhelitus ⁊ si angustiose tamẽ ordinate fit:Auẽzoar quoqꝫ ⁊ Auic. sili ad.3.spẽs deduxerũt.s.i fortẽ/debilẽ/⁊ mediocrẽ/⁊ ꝺ his spẽbꝰ i lõgũ.psequit Nicolus vide/⁊ ꝺ causis:⁊ qd sit.

Jnquit Gilibertus maior apoplexia curã nõ suscipit.sed in prima die iterficit:Media aũt isra tres dies interficit/aut i paralesiꝫ mutat.minor vero isra.7.diẽ iterficit/aut mutatur in paralesim:Ait Moyses in.6a.parti.suoꝝ

Item Nicolus ibidẽ añ principiũ cure. ꝺ

aphoꝝ apoplexia forꝭ necessario est destructiua/ꝛ debilis diffi culter curatꝰ sicut dixit Hip.qꝛ i huius peste destruũtur/ꝛ cessant nobiles actus/quos nã regit semp.ꝛ sunt inspiratio/expiratio/ loquela/sensus/ꝛ pulsus: Dixit Serapio difficilis nõ sanatur: sed perducit ad mortē: debilis vero si accidat vt sanetur tũc ipsa sanatur cum cõtractione alicuius partis corporis.

43

Trangulatorum et dissolutorum nõ dum mortuorum nõ referunt quibus cũqꝫ spuma fuerit circa os. — Vetus.

Vi strãgulantꝰ et euertũtur citra mortem si ore spumant non reficiuntur. — Theod.

Trãgulati ac dissoluti nõdum mortui nõ referũt/qbus spuma circa os fuerit. — Leoni.

Dixit Ras.ꝑ.ꝯtiñ.ꝙ Hip.dixit i libro aphoꝝ ꝙ strangulatus/ꝛ spumans ore nullo mõ põt viuere. ꝛ ego dixit Ras.simile iudiciũ teneo de apolexia: dico.n.ꝙ quicũqꝫ apoplecticus spumat ore non põt liberari. Est tñ dixit ipe intuendũ i multitudine ꝛ paucitate spume/ꝛ i eius tp̃re ꝑ lixitate/qꝛ si fit pauca possibile est egrũ ꝯualescere/sic ẽt euenit de strangulato cũ parũ spumat:ꝛ postea prosequitꝰ de fortitudie apoplxie ꝛ debilitate ꝑ spumã apparẽtẽ ꝛ nõ apparẽt.vide.

Nicolus i.3°. tract.2°.sũma 5.c.14.ð apoplexia i signis apoplxie ꝑꝑ repletionẽ venarũ apoplecticarum.

Trãgulatoꝝ ꝛ dissolutoꝝ nõdũ mortuoꝝ aparte magno debilitati nõ referũt/quibuscũqꝫ spuma fuerit circa os.i.squinãticoꝝ aparte magno debilitatoꝝ ꝑꝑ ꝑfocationẽ magnã quãuis adhuc nõ sint mortui,nõ referũt.i.nõ reꝑferꝰ aliquis ad sanitatẽ:qꝛ nõ curatꝰ nec euadit aliquis eoꝝ quibuscũqꝫ spuma fuerit circa os. Et Gal.i ꝯt° dixit/ꝙ apho. iste verificatur vt i pluribus/ꝛ maxime i viro calide cõplonis: calidi cordis/iuuenis/ꝛ i ꝯstitutionibus/tẽporibus ꝛ regiõibus calidis ꝛ ꝑcipue si febricitans fuerit: Et pro clara verificatiõe apho.scire opꝫ/ꝙ vt dixit Gal. i ꝯt°.spuma in ꝑfocatis aliqñ accidit cũ feruosus aer neqt exire ꝑꝑ nimiã cõstrictionẽ:tũc.n. angustiatꝰ pulmo cũ maiori angustia/ꝛ extra mittit pulmo aliquã partẽ nãlis humiditatis ipsius cum dicto aere/ꝛ leuatꝰ in spumã/ꝛ cũ spuma ab hac cã accidit nulla est spes euasionis.

Itẽ Nico.i.4 trac.ꝑ.c.6. de squinãtia in signis añ principiũ cure.

Uñ Serapio ait.ille de quo desperatur est ille i cuius ore spu/ma apparet/loquens de pdicta:& aliqñ accidit spuma in suffocatione nõ ex humiditate substãtifica pulmõis sed ex alia humiditate extranea flegmatica/vel salivali exñte in ore/vel ad os pulsa/& divisa a fumis illis vel aere/& tunc nõ ex toto tollitur spes/sed d3 curari/& maxime si fuerit in mã frigida/& distinguit inter dictas duas spumas ex hoc/qp facta ex dissolutione humiditatis substãtifice pulmonis attinet aliquali citrinitati: seu rubedini clare/& est ampulosa minutissime multa:& est fm plurimũ cũ privatione sensus & motus/facta aũt ex humiditate extranea est alba & absq3 multa ampullatione:q: ad multã eius ampullatione3 requirit vehemens motus/qui nõ est i tali pfocato/& vt plurimũ est absq3 privatiõe sensus & motus: Et fm hãc cõsideratione3 dixit Avic.qñq3 ẽ qp pfocans spumat & deinde sanat/& illud erit/qñ illic fuerit fortitudo virtutis & appetitus & nutrimẽtu3:Nã cũ pfocatus spumans fortis fuerit i vitali per pulsu3 cognoscẽda/ac etiã in aiali cognoscenda per sensu3 & volũtariũ motũ/& fuerit desiderans cibũ in hora debita cũ bona digestione cognoscẽda per sua signa/tũc sciãs qp illa spuma nõ fuerit ex substantifica humiditate pulmonis: & per consequens nõ est desperatus/& e° .supple si nõ fuerint supradicta bona signa tunc illa spuma est ex substantifica humiditate pulmonis/& est mala/& est desperatus.

44

Uetus.	c	Rasi ualde secundum naturam citò moriuntur magis gracilibus.
Teobd.	q	Vi obesi admodum sunt ex natura celerius moriũtur/q̃ qui gracles.
Leonf.	q	Vi natura admodum crassi sunt citius intereunt:q̃ qui gracles.

Jcolus i.p.sermone cap.p.qd sit natura/& quot mo/
n dis nomen nature accipitur i fine dixit. aliquando sumitur in medicina pro nativitate sive ortu rei/vt in apho.crassi valde fm natura3.i.a nativitate.
d Jnit Gal.i co.apho.crassi valde:&c. loquens de corporibus pinguibus nõ d carnosis dixit: Bonũ ẽ cor/

Itẽ Nico.l.4 tract.3.c.7.de vita.

pora nō eē multū crassa/nec multū macra: Nā q̄ sunt medio cris habitudinis vsq3 i vltimā senectute3 viuūt:crassa vero vl time/ꝛ vltime macra ꝓpta sunt/vt cito moriantur/siue sint talia fm nā3/siue ex tpe. Na3 in crassis vene ꝛ arterie stricte sunt:ꝛ pauco abūdant sanguine/ꝛ spiritu.ideoq3 parata sunt suffocationi ꝛ extinctiōi ēt a debilibus causis extrinsecis occur rentibus: In macris vero mēbra discarnata ꝛ discoperta sunt etiā principalia:vn̄ ꝛ ipa faciliter paciuntur a paruis causis. Corporū tn̄ macrorū quecunq3 ex eis sunt subtilia quantū ad spermatica:ꝛ quantū ad carnifornia pauci spiritus ꝛ sangui nis/qualia sunt q̄ m̄lēca dicunt̄ fm nā3 ceteris habitudinibus sunt breuioris vite pp principia sua eē debilia i resistendo no centibus.q̄ vero ex eis sunt subtilia quo adcarnifornia: non aūt multū subtilia quo ad spermatica qualia sunt dicta coleri ca fm nā3 nō sunt sic breuis vite imo de eis intelligens Yp.in dicto apho.dixit q crassi valde fm nām qualia sunt corpora flegmatica s3 nā3 cito moriunt̄ magis gracilibus:ꝛ ratio est q: talia corpora pinguia habēt minus de sanguine ꝛ spiritu: siue de calido ꝛ humido nālibus/q̄3 dicta gracilia: Dicunt q corpora crassa ex tpe si superuenerint ad pinguedine3 equalem his q sunt pingues fm nā3 citius ad hoc cōmoriūtur eis. Nā pp eq̄litatē pinguedinis eque cito debēt mori: sed q: ista sunt magis remota a sua nālitate ideo citius cōmoriūtur eis:q̄ ve ro peruiūt ad maiorē pinguedinē adhuc multo citius cōmo/ riunt̄ eis q̄ magis remota sunt a nālitate sua. Si vo peruenerint ad aliquā pinguedinē sa3 minorē eqnali tunc tardius pingui bus fm nā3 moriunt̄. Na3 si prius macra m̄lica fuerint/q̄ tn̄ raro cōtingit impinguari ipa a sua mala dispōne remouent̄: ꝛ transeunt ad meliorē ꝛ si prius fuerint macra colerica tunc ista nō solum tardius illis moriunt̄ :sed etiā q̄3 colerica manē tia macra fm naturā propter rectificatione3 quā acquisiuerūt ex tempore:ꝛ dicūt q qua sunt pinguia siue fm naturā suam ex tēpore propter abundantiā sanguinis humidi cuius humi ditas dominium supra caliditate3 habet/qualia sunt corpora pinguia/que fm plurimū reperiūtur tardius moriūtur m̄lcis impinguatis ꝛ pinguibus flegmaticis: citius tamen colericis macris secūdum naturā ꝛ etia3 ipsis factis pinguibus ex tem/ pore:ꝛ dicūt q corpora pauce pinguedinis ꝛ multe carnis se cūdu3 naturā qualia sunt corpora sanguinea i q̄bus caliditas

predñatur humiditati sunt oībus pdictis lōgiozis vite/τ ī eis pauca pinguedo/adiuuat ad longitudinem vite reflectēdo caliditatem iterūs adiuuādo digestionem/habitudo tamen tē/perata que mediuz tenet in omnibus dictis habitudinibus est absolute omnibus illis longiozis vite.

45

Vetus. e

Pilepticoruz iuuenibus alterationem mutationes maxime etatis.horarum: locorum faciunt/et uitarum.

Theod. q

Vi morbo comitiali laborat:si iuuenis est liberari mutatione potissimū eta/tis/loci/uictus/et munere potest.

Leoni. q

Vicunq iuuenes morbo comitiali laborāt:mutatiōe maxime etatis/et tē/poꝝ/et locoꝝ/et uictuū quoq libāť.

Nicolus i.3°. tra.2°.sūma.5 c.13. de epilepsia i cura.

Item p h° apho° vide in.5.sup 8.apho. epilepsie qb⁹:τc.

d

Jnit Serapio opz vt sit plurimū studiū nři ī regimine lactātis: Si.n.ille quē iuadit hec egritudo sit puer sugens lac tūc nō opz elaboraŕ i dando eis aliqd quo cureť.s.medicinale/qd est qz etas eius qñ eleuaŕ τ ꝯfortaŕ caliditas eius permutaŕ ab illa:τ testificaŕ super hoc hip.vbi dixit ī apho.qp pueri q habent epilepsiā euadūt ab ea cū permutatione dispositionū ī etatibus/tēporibus/τ regiōibus/τ regi/mine suple:sed tñ opz rectificare regimē ipsius: Si itaqz dixit Serap.fuerit lac eius subtile igeniabimus ī eo ad reducere ipz ad eqlitatē:τ si fuerit grossiuz reducemus ipz ad tēperatū:τ ē necesse qp nutrix elongeť a coitu/qz coitus subtiliat lac/τ ponit odorē ei⁹ alienū/τ ꝓsequiť d regimine necessario/qd dimitto.

46

Vetus. d

Vorū dolorū/qui simul fiunt:nō secūdū eūdē locū maior denigrat alterū.

Theod. s

I dolor geminus non eodem in locco infestat:qui uehementior est alterum leuiorem oscurat.

d Vobus doloribus simul eūdē locū īfe stātibus/uehemētior alterū obscurat. Leoni.

Uoꝝ doloꝝ:ꝛc̄.sicut ēt voluit Auic.16.3ᵉ.cap.de co lica:ꝛ Gal.i 2° dixit ꝙ vehemētioꝛ doloꝛ non deni grat minorē existēt ei i parte propinqua:sed existem i longinqua:ꝛ ei est q꞉ diuertit a loco minoris doloris spūs sen sibilē/ꝛ virtutē sensitiuā:vnde nō percipit illū:ꝛ sic accidit vt locus ille nō apparēter doleat:qñ vero ē i parte propiqua nō diuertat ab ea virtutē sensitiuā notabiliter: Spūs ēt sensibilis q trahit ad locū maioris doloris:aut p viā trāsit vbi ē minoꝛ doloꝛ/aut saltē pars eius ad ipm locū trāsit sparsus circa loca propinqua/quare potius delitescat ꝙ̄ denigraṫ dixit denigrat q꞉ nō i totū ipm abicit vel remouet sed obtundit ipm:ꝛ dixit sic methaforice ꝛ trāsumptiue loquēs: Nā denigrare ꝛ obscu rare attendiṫ potius i productione coloꝝ. Sumiṫ aūt metha forica similitudo hoc mō. Nā sicut res q̄ fit opaca ꝛ minuiṫ i luce sua dṙ denigrari ꝛ obscurari/ita doloꝛ q.p̄.apparebat si i toto delitescat/vel i apparētia remittaṫ dṙ denigrari ꝛ obscura ri: Dicūt ꝙ sicut doloꝛ itensioꝛ denigrat minorē lōginquū/ita ꝛ delicia itensioꝛ denigrat minorē longinquā:ꝛ sicut ē de do loribus ꝛ de delicijs corporeis.ita ꝛ de aīalibus: Nā vna tristi tia aīe denigrat minorē:ꝛ vnū gaudiū itensius extēs denigrat qd̄ minus ē: Autores.n.nō prosecuti d̄ particularibus spēbus deliciaꝝ/neq̄ d̄ particularibus ipaꝝ causis derelinquētes hec nota ex noticia specierum ꝛ causaꝝ particularium:neq̄ etiam eis sunt nomina imposita propria.

Nicolus i.5°. tra.2°.sūma 3ᵃ.c.ꝑ. de do lore i vlt:dā i fine vbi mo uet q̄stiōēs an duo dolores possint eē i ea dē parte quā pp longitudi nē dimitto. Itē i.2°.trac. 2°.sūma.4.c. 14. de spēbus febriū continua rū de hoc sed parum. Itē i eodē.2°. tra. vltimo.c. 35.d̄ significa tione doloris facit ēt mētio nē de hoc sed nihil vltra.

47

c Irca generationē saniei:dolores et fe bres accidunt magis q̄ facta sanie: Uetus.

d Olores et febres accidunt magis cū cōficiṫ pus q̄ ubi cōfectū iā est. Theod.

c Vm pus conficitur dolores ac febres accidunt magis q̄ iam confecto. Leoni.

Nicolaus i.4. tra.2°.c.24.de pleuresi & spē bus eius in si gnis.

Itē Nico. ibi dē.c.25.ō cm punate i cura.

Itē Nico.i.7 tra.5.summa p°.ca.44.de exituris.

Itē ō hoc pce i.2°.trac.2°.di stin.7.c.21.de cura febrium apatum.

Inquit Gal. & ponit .4°. ptiā. si quasi i nobiliori par te pectoris pleuretici cū proximitate cordis fuerit do/ lor cū magna ābelitus difficultate & febre & isomnie tate & angustia cū hoc sputū nō fuerit nigrū neq3 colericum: rufius simpliciter: sed i principio fuerit aut rubeū aut citrinu3: aut spumosu3 trāsmutatio ha3 significationū erit post modi/ cū tps ad maturatiōe3 & bene erit: & sciedū ē oia hec accña facta esse ex causa collectiōis saniei in apate. Hip. n. dixit. circa generatiōe3 saniei i apate i vltimo erunt dolores & febres: sed statim qū patiens icipit spuere omnia ipa accña mitigātur.

Circa generatiōe3 saniei dolor & febris vehementiora sunt: generata vero remissiora ea: & āplius remissiora post ipsius ereptionē: & ad huc magis mūdificata & euecuata ea: & loquens Hip. i apho. de signis saniei fiēdis & fa/ cte dixit circa generatiōe3 saniei: &c. Nā vt dixit Gal. i cōmēto facta sanie quiescit actio caloris i mā3 vñ sestaf ebulitio: & qe/ scēte ebullitione quiescit i flāmatio et exalatio et sic febris.

48

Vetus. N oi motione corporis cū cepit quis dolore quiescere statim remediū est.

Theod. N oi corporis motu cū fatigari icepit cessasse protinus lassitudinis leuatio ē.

Leoni. N oi corporis motu ubi laborare ce/ perit/quies statim lassitudinē aufert.

Nicol° i.p.c. vltimo de ele ctione hore ex ercicij/& quale exercitiū diuer sis corporibus debetur.

Dixit Auic. i quātitate exercicij tres res ꝯsiderāde sūt: et vna earū est calor vel color/nam dū i ipo bonitas augef adhuc ē hora exercitādi. Nō.n. expectandū est i exercitio donec calor multū augeatur. 2m. est motus. Nā quā diu motus perseuerat leuis adhuc ē hora exercicij. Cū aūt exer citatus sentit se grauari est dimittendū/tunc maxime si dolue/ rit. Ait. n. Hip. ex motiōe corporis cū cepit qs dolere suple aut in lassitudine3 duci requiescere stati3 remediū est: et. 3m. ē dixit Auic. dispositio mēbrorū fm ipoꝝ i flāmationem/quoniam dum ipoꝝ augetur i flāmatio adhuc est hora.

Itē Nico. i.2° trac. p.c.5.de

Et i aliqua te negligēter offeras: sed tua interest dia dil ligenter ex principio pscrutare. Dixit Serap. oportet

a principio statim vt egritudini resistas añq̃ virtutẽ debilitet et imprimat maliciã cõplexionis q2 postea difficulter curaƚ/aut incurabilis efficietur. Bene.n.dixit Hip.cũ ceperit quis dolere re qescere statim remediũ est.et bene dictum est.pricipijs obsta sero medicina paraƚ. Cũ mala p longas cõualuere moras.

pluribˀ docu mentis q̃ ptinẽt ad medicũ in generali cura tione.

Tem de hoc apho.tãgitur a Nicolo i.p̃.tractatu. 2°. cap.58.de effectibus seqũtibus exercitiũ siue ad mo tum et de iuuamẽtis ipsius exercicij et qd exerciciũ sit eligẽdũ/et q diuersoꝝ mẽbroꝝ diuersa sunt exercicia.

49

Ssueti assuetos labores ferre/et si fue rint imbecilles/aut senes insuetis/et fortibus/et iuuenibus facilius ferunt. *Vetus.*

Vi assueuerũt ferre labores ẽt si iuali/ di sunt aut senes facilius ferũt/q̃ q nõ sunt assueti:quáuis robusti et iuuenes. *Theod.*

Vi consueti solitos labores ferre/et si fuerint ibecilles/et senes nõ cõsuetis fortibus atq3 iuuenibus facilius ferũt. *Leoni.*

Uod aũt ꝯsuetudo sit alia natura/que modificat na turã:et dirigit eam ad melius siue potentius ad ope randum declarauit Hippo.i. 2°.apho.in exemplo de vna re nõ naturali.s.de motu dicens i apho. Assueti assuetos: 7c.quod etiã voluit Gal.5.d regimine sanitatis:et Auic.etiã 3°.p°.cap.de succurrendis accidentibus futuras pronosticanti bus egritudines.corpora nãq3 assueta quasi per quandã na turalẽ dispositionẽ iclinãtur ad cõsueta opera sustinenda fa ciliter:Unde mẽbra excitata fortiora aptiora redduntur ad ex ercendũ solita exercitia:Nec obstat si illa exercicia plus desic cant ea:quia maius est iuuamentũ eis proueniens a fortifica tione ipsorũ iducta per exercicĩ et iclinationem per consuetu dinẽ/q̃3 nocumẽtũ desiccationis. Intellexerũt tñ autores pdicti hoc habere veritatẽ qñ dispõ cõsuetudinis superet debilitatẽ nãlẽ vel etatiuã.vt sit:vbi gr̃a senex i prima senectute nãliter

Nicolus i.p̃. fmone.c.3.de diuisiõe natu reꝝ quõ ꝯsue tudo est nã/e quõ opaƚ i cor pore humano.

non ibecillis/vel ꝛ si sit nāliter ibecillis dispō ꝯsuetudinis supe
ret ibecillitatē illā: Talis.n.senex facilius assuetos labores fer
ret iuuene robusto nō ꝯsueto illis laboribus: Dicūt ꝙ ad veri/
ficationē dicti autoris dicto: regritur volitio siue appetitus ex
creandi laborē ꝯsuetū/q: volitio ꝛ appetitus eius fortificāt po
tentiā virtuꝫ aīalis sensitiue ꝛ motiue: Dearticulat.n.potentia
volitiua ꝛ appetitiua potentiā sensitiuā ꝛ motiuā/vt sꝫ impe
riū eius operenturadeoqꝫ operans ꝯ volūtatē suā magis fati
gaſ/qꝫ operans volūtarie/ꝛ ē simile sicut de cibo: Nam sicut
cibus assuetus stante equalitate appetitus facilius sumuſ ꝛ me
lius digeriſ/qꝫ isuetus:ꝛ si appetitus nō fuerit equalis tūc fal/
lacia est de laboribus/ꝙ stante equalitate volitionis ꝛ appeti
tus assueti labores insueti facilius ferūtur:sed si appetitus ad
illas nō eēt eqlis tūc falleret/ꝛ nō haberet qđ dictū ē veritatē.

Item Nicolus i eodē.ꝑ.tra.2. c.6.de nā cō/positionis corporis huma/ni / ꝙ pōt ex ꝯsuetudine re sistere facilius alterātibus ð hoc.

Tem in eodē.ꝑ.tractatu.2.cap.18.de egritudine cō
posita in spāli/ꝛ de diuisione morbi i plures spēs/q:
alius est cōis/alius proprius/alius p associationem:
alius proportionatus/alius nō/alius cōtagiosus:ꝛ sic de plu/
ribus alijs spēbus/in fine diuisit morbū i ꝯsuetū ꝛ nō cōsuetū:
vbi ponit ꝙ egritudo cōsueta ē minus mala icōsueta ꝛ addu
cit pro hoc aphõ.q: natura minus tristaſ ex cōsueta egritudi/
ne propter habilitatem ꝛ affinitatē quā habet cū ea.vide.

50

Uetus.

X multo tēpore cōsueta/et si fuerint
deteriora isuetis minus molestare cō
sueuerūt:opꝫ igiſ ad icōsueta trāsire.

Theod.

Vęcūqꝫ longo tpre assueta sunt/etiā
si deteriora sint minus infestare solēt
ꝗ quę insueta sunt. Igitur ad insueta
quoqꝫ mutasse conuenit.

Leoni.

Vę ex lōgo tpre cōsueta sunt/et si de
teriora sūt isuetis minus molestare so
lēt.oportet igiſ ad isueta permutari.

Nicolus i .ꝑ. c.5.de diuisio

Illa ꝯsuetudo quedā nō est excedētis malitie/ꝛ illud
ideo ꝙ res cōsuete ꝛ si sint aliqualiter ex cōsuetudine

facte ea sunt cōnāles ⁊ cōformes nature vtentiū: De hac.n.cō suetudine nō multū mala dixit Hip.2°.apho. ex multo tēpore cōsueta ⁊ si fuerint deteriora incōsuetis minus molestare cōsueuerūt/⁊ corpora ex illis minus leduntur/⁊ verificat dictum eius de cōsuetudine cuiuscūqz rei nō nālis/vel eis annexa: ⁊ siue fuerit mala in quātitate siue i qualitate/siue in modo artificioso/vel hora administrationis illius rei assuefacte/⁊ subdit Hip.i dicto apho.opꝫ aūt aliqñ ad icōsueta trāsire ad hoc vt eis assuefiant in parte/vt si cōtingeret eis volūtarie vel coacte vti incōsuetis nō ledantur eis: Nec hoc quidē cōtradicit ei qd dixerat.s.cōsuetis eē vtendum/qꝛ intentio Hip.fuit cōsuetis esse vtendū fm pl'm/⁊ nō iconsuetꝭ/⁊ nō solum corpora lapsa sed etiā tēperata: Nā licet corpora tēperata debeant per cōsimilia cōseruari ⁊ illa sunt q̄ sunt ei consueta tñ aliqñ raro tñ debent ad incōsueta trāscludi: licet sint eis dissimilia pp cām supradictā/q̄ tñ icōsueta debēt eligi ex his q̄ nō sunt/excedentis malitie ad que nullus transmitti debet si fuerit possibile.

ne rē ⁊ quō cōsuetudo est nā/⁊ quō operaf in corpore humano.

51

Uetus.

SEcundū multum et repente euacuare: aut replere/aut calefacere/aut infrigidare/aut aliter quomodolibet corpus mouere fallax est/et omnino naturę inimicum. Paulatim uero certū/et ex alio ad aliud transire decet.non aliter.

Theod.

NImis repenteq; eūare/aut replere/aut calefacere / aut refrigerare / aut alio quouis modo corpus mouere tutum non est/atq; nimiū omne inimicū naturę est. contra paulatim lenteq; agere tutum est. Deniq; de alio transire in aliud pręstat.

Leoni.

PLurimum atq; repente euacuare/uel replere/uel calefacere/uel refrigerare: siue quouis alio modo corpus moue

te periculosum/quoniã omne nimis ẽ naturę inimicũ. Sed quod paulatim fit tutũ est/ tum alias/tũ cũ ab altero ad alterũ transitus fit.

Nicolus i.2° tra.p.sũma.2 c.5.de gñrali curatiõe morbor post vltimã expõnem aph'. ad vltimas egritudines ad quã p hoc apho.recurre: qz i illo loco ponit in longum.

Secundũ multũ et repente euacuare etc. Ras. dixit.25. cõtin. operatio cure superabũdans/subito aut repente corpus/aut replens aut euãns/aut calefaciẽs aut infrigidans/aut inducens aliquẽ de motibus alicuius spẽi i ea erit peccatũ/qm̃ nã corporis cõstituit et surgit pp equalitatẽ. et iõ esse intensũ opponit nature: et nõ solũ habet hoc veritatẽ in methodo curatiua: verũ etiã i reductiua/et pseruatiua. Nõ.n. dixit Gal. in tegni. sustinet nã repẽtinas mutationes sine magno discrimine: Nã ois mutatio itẽsa et subito facta peruertit corpus extra temperamẽtũ. Ideo dixit Hip.2°.reg.acut.si corpora cõtra cõsuetudinẽ suam longo tẽpore torpuerint/et longo tempore requieuerint si postea ad labores exerciciũ fuerint translata.s.subito malũ est. cuius simile est in oibus membris corporis/et habent prẽdicta veritatẽ in oibus corpor dispositionibus maxime tñ in debilibus et facile passibilibus/et resolubilibus/et infantibus/et decrepitis/et pgnãtibus/et mulierib': mlĩcũqz cõplexionib'/et raris/et porosis cõpositiõib' et texturis.

Item Nicolus in.2°.tractatu. 2°.summa. 4°.cap.28. de euacuatiõe materie appropriate in febribus putridis p flebothomiã/et adducit aph'. p flebothomia quasi i fine cap. et vide i p°ẽt sup.5°.apho.i exercitãbus etc.

52

Uetus.

Omnia secundũ rõnem facienti/et nõ cueniẽti secũdũ rõnem/nõ trãsire ad aliud manẽte eo qd uisũ ẽ a pricipio.

Theod.

Si cũ omnia rõne feceris/nõ id prouenit qd rõ postulat/noli in aliud trãsire dũ maneat qd principio uisum est.

Leoni.

Omnia secũdũ rõnem faciẽti/si nõ succedat secũdũ rõnez nõ ẽ trãseũdũ ad aliud stãte eo qd a pricipio uisum ẽ.

Omnia sm rõnez faciente:7c. 7 scribit iste apho. 25. o 9tĩn.sic si opans totuz id qd̃ cõpetit 7 nõ vides id se qui qd̃ vis/noli trãsferri de eo cui prodes/duz fuerint cõditiones q̃ te induxerint ad ipm operandũ firme. vñ etiam Auic. dixit. 4. p. propterea tibi caue ne a rectitudine curatio/nis recedas/licet videres q medicinarũ tuarum recte approximatarũ tardet iuuamẽtuz. Et dixit Gal. in 9mẽto medicinaz iuuamentũ aliqñ subito nõ est apparens etiam si sint approximate:7 maxime dixit Rab. i. 8. parti. i morbis ad digerendũ duris nõ succedit illico sapiẽti actio ad quã itendit nisi post la psuz tp̃s/7 recte 7 sm rõnez medicine fuerint plurib' tp̃ibus propinate:7 hoc duobus modis dixit Gal. põt cõtigere/vno mõ pp iobedientiã materie morbi/7 difficultatẽ eius paciẽdi a medicinis: alio mõ q: medicina recte approximata pp ali/quã causaz electa est debilis i virtute vnde nõ inducit effectũ nisi i tp̃e longiori. 7 verificat dictus apho. nõ solũ in ope cu/ratiuo/sed i cõseruatiua/reductiuo/7 preseruatiuo/qñ nõ licet trãsire ad aliud. s. sm virtutez/7 de isto trãsitu ad aliud hip. p. reg. acut. vituperauit antiquos/qui in suis curationibus se p mutabant de vna medicina ad alias irregulariter 7 nõ recte: manẽte quod fuit a principio. idest nõ facta permutatione in rebus indicantibus: Nam talis mutatio est nociua ad interitũ ducens: sed bene licet permutare materiã auxiliorũ/7 etiaz variare formã 7 artificiũ eorũ/dũ modo in eis remaneat eadem virtus/7 licet permutare regulariter 7 recte operando permu/tatis indicationibus auxilia. Ista. n. permutatio ab autoribus laudatur immo 7 precipitur/sicut precepit hoc Serapio cap. de asmate/7 Ras. p. cõtiñ. cap. p. inquit Auer. 7. colliget conce do q medicus de vna medicina ad aliã permutari debet simple etiã nõ pmutatis accñtibus idicãtibus dũ mõ sit eiusdẽ virtutis qñ dixi ipe / si solũ vna medicina vteret possibile eẽt/q nã illã i habitũ reduceret/7 i corpore debitã nõ faceret opera/tionẽ: Subiũgit postea Nicolus multas Auic. autoritates de ista permutatione fienda i qualitate 7 quãtitate/7 pro honore medici 7 confidentia infirmi/quas relinquo.

Nicolus in. 2. tra. p. sũma. 2. c. 4. de gñali cura maie cõ/plonis cũ mã.

55

q Victũq: uẽtres habent humidos/iuuenes qdẽ existentes siccos hñtibus me

Textus.

ſlus cõmutãt/i ſenectute uero deterius cõmu/
tãt:Siccãt.n.ut i pluribus ſeneſcẽtibus.

Theod.

q Voꝝ aluus ẽ humida/hi quãdiu iuue
nes ſũt melius degũt/ꝙ qbus ſicca ẽ:
ãt i ſenectute deterius/ſiccat.n.aluus
magna ex parte his qui ſeneſcũt.

Leoniceni.

q Vicũqꝫ aluos humidas habẽt/ſiquidẽ
iuuenes fuerint melius cõmutant his
qui ſiccas habent: ad ſenectã uero de
terius cõmutant. Nam ſeneſcentibus magna
ex parte exſiccant.

Nicolus i.5.
trac.p.c.21.de
diſparitate cõ
poꝝ ad dige/
rẽdũ cibũ ꝗñ
in principio.

q Vicũqꝫ vẽtres:⁊c.i.ex ipſis antedictis iuuenibus vt
ipe Hip.alio ait apho.ſ.2ᵉ.huius quibuſcũqꝫ iuueni/
bus ventres:⁊c.de quo dictũ eſt:rõ aũt pᷓme partis
dicti apho.eſt qꝛ iuuenes habẽtes vẽtres humidos/qꝛ magis
⁊ melius a ſuperfluitatibus/q̃ ſunt cã impedimẽti digeſtionis
expurgãtur melius digerũt cibũ ſuũ ſiccos habẽtibus ventres
qui nõ tñ neqꝫ ſic bene a ſuis ſupfluitatibus emundãtur ⁊ rõ
ſecũde partis ẽ/qꝛ habẽtes i iuuẽtute vẽtres humidos venien
tes ad ſenectutẽ habent ventres ſiccos ſtiptici facti/qđ in pluri
bus coꝝ ꝯtingit/quare deterius expurgãtur:⁊ a ſuperfluis mũ
danſ/quibus impediti deterius cibũ cõmutant/⁊ nõ ſolum ꝙꝫ
ipi faciãt i iuuẽtute/ſed etiã ꝙꝫ faciãt i ſenectute illi qui vẽtres
ſiccos i iuuẽtute habuerũt/qm̃ ſm Hip. coꝝ vẽtres i ſenectute
humectãtur quare melius expurgãtur a ſuperfluis:⁊ inde me
lius digerunt. Verificatur autem hoc de his de quibus verifi/
catur aphoriſmus cuius verificatio patuit.

54

Vetus.

i N magnitudine uero corporis iuuene
ſcere quidẽ decens ẽ et nõ iſuaue. Se
neſcere inutile et peius minoribus.

Theod.

m Agnitudo corporis in iuuenta quidẽ
formã liberalem affert/nec iniocũdũ.

sed in senectute usu difficilis est atq; deterius euadit quod peerius est.

Agnitudo corporis iuuētę quidē nec indecens neq; illiberalis. Senectę uero inutilis et deterior paruitate. — Leoni.

m

d — Inquit Hipp. i apho, longū corpus i iuuentute quidem pulchrum: hi vero i senectute curuant; et hoc est cum nō respondet latitudo et grossicies lōgitudini; breue vero corpus esse est e contrario/et longitudinem quidem corporis vt plurimum sequitur sensuum et intellectus hebetudo: breuitatem vero e contra, vnde dixit Cato,
Consilio pollet cui vim natura negauit,

Nicolus i. s. trac. 2° .c. 6. de nā cōpositiōis corporis humani.

Particula tertia aphōrū diui Hippo.

I

m — Vtationes tēporū maxime generant morbos/et i horis magnę mutatiōes: aut frigiditatis/aut estus/et alia secundum rationem sic. — Uetus.

t — Emporū mutationes potissimum pariunt morbos/magnęq; temporū mutationes/aut frigoris/aut estus/et reliqua ex ratione grauius incidunt. — Theod.

m — Vtationes temporum potissimum pariunt morbos/et in quibusdā temporibus magnę mutationes/aut frigoris: aut caloris; et alia pro ratione eodem modo. — Leoni.

d — E mutationibus aūt tēporū ab ipsorū nā multum egre dicūtibus/q̄ vocant mutationes ptēr nām dixit Hip. 3. apho. mutationes tpm maxime. i. excedētes multum a nā cōm/siue ille mutationes/vt dicunt sint ad aliquas quali

Nicolus i. s. trac. 2° .c. 30. d cōparatiōe mutationū tpm

adinuicez sibi tates manifestas τ primas/siue ad occultas/τ siue sint ad cor ipsis succeden ruptioné/siue ad extranee rei mutationé:τ siue ipa procedant tiū/τ quō i di ex ipressione superioꝝ siue iferioꝝ:q̄ oia itellexit hip.cū i dicto uersis cōstitu apho.dixit τ alia fm rōnes sic.i.τ oēs alie mutationes preter q̄ tionib⁹ tpꝛū si ad frigus:τ iste de quibus expsserat i apho.facte a dispositiōe bi iuicez succe aeris q̄ sibi cōpetit fm nāz/τ bz rōné.i.excessū i quo possunt dētib⁹ diuerse imutaſ corpora gñant morbos:τ hoc quidē scribiſ .7.ꝯtū.τ gñanſ egritu/ Arist.p⁹.probl.pblem.5°.dixit idē:τ verificaſ ēt siue iste mu dines:τ.c.28. tationes sint fm oia anni tpꝛa/siue bz plura/siue sint fm ꝑnū facit.p hoc ēt. tps tm̄:vt fm estatē etiā/siue sint fm vnā partē ipius tpꝛis no Itē ō h⁹ aph. tabilē:vt per mēsem amplius aut minus. Tales.n.mutatiōes tāgiſ i.2°.tra. si superueniāt sanis causant i eis egritudines:τ itendunt illas: 5.distin.p⁹.c. q2 simile additū simili facit furere. Si aūt fuerint dispositioni 16.ō signis ꝑ bus egritudinum opposite cum hoc q virtutez prosternant ꝑ nosticis futu/ magnitudine aliquādo raro possunt conferre.

ra℞ egritudi/ nū sūpꝫ ab ae re/τ tpꝛib⁹an ni:τ tāgit etiā de alijs ptinē tib⁹ ad tpꝛa.

2

Vetus. **N**aturarū hę qdē ad estatē: hę uero ad hiemē/ bene aut male natę sunt.

Theod. **N**aturarū alię ad ęstatem/ alię ad hie/ mē bene male ue se habent.

Leoni. **N**aturarū hę quidē ad estatem: hę ue/ ro ad hiemē bene male ue se habent.

Nicolus i .ꝑ. tra. 2°.c.20.q corpora bz di uersitatē ꝯple xionū etatū τ sexuum aliqn̄ bn̄ aliqn̄ ma/ le se bn̄t in di uersis tpꝛib⁹: τ i qb⁹ tpꝛib⁹ ,ita diuersimo de se bn̄t:τ in c.28.in fine ci tat ēt aph⁹.

Naturarū he qdē ad estatē:he vero ad hiemē supple: τ he quidē ad ver/τ he ad autūnū bene aut male se habere apte nate sunt/τ similiter itellige de cōpositio nibus:quedā.n.apte sunt bn̄ se habere oī tpꝛe/ita q i nullo tē/ pore recipiūt nocumentū:τ iste sunt q̄ propinque sunt tēpera mēto ab illo parū distantes ut q̄ sunt sane vt multū:τ queda3 sunt apte bene se habere i vno tempore/τ male i alio:vt cōplo nes/τ cōpositiones multū lapse/siue sint tales a generatione: siue ex tēpore:τ itellexit hip.per bene se habere/q sint apte cō seruari τ reduci: τ Gal.sic eaficauit i ꝯmēto.q̄ sunt ille nature ita bene se habent i temporibus:pp q̄ dicūt q corpora calida τ sicca male se habent estate:q2 cor eoꝝ male eueniaſ cū debeāt euentari per aerem frigidiorez/q̄ꝫ cor temperatū:τ tunc nō re pentur aer ille/cum debeat esse frigidior aere veris/in quo cor

temperatum euentatur bene. Corpora vero frigida & humida bene se habent i estate male hieme: qr pp frigiditatē & humiditatē hiemis labunt lapsu maiori: & dicit q corpora calida & sicca macra inanita nō bene se habent hieme vt voluit Gal. in cōmēto apho. ventres: & rō est qr propter raritatē corporum & paucitatē caloris eorum innati nō possunt resistere frigiditati hiemis. Sed corpora calida & sicca quibus frigiditas hiemis bñ cōmensurat bene se habent: quia cū hoc q nō ledūtur pseruātur a lapsu: Corpora aūt calida & humida i quibus caliditas equat humiditati & nō superat illam melius se habent in hieme vt dixit Gal. i cōmēto dicto: qr ex quo calor eorum resistit frigiditati hiemis & per illam iterius reuocatus & fortis effectus vniuersas complet operationes. Sed i estate eorum ebuliēte humiditate ad putrefactionē sunt disposita. Si vero humiditas excedat caliditatē peius se habet i hieme q̄ꝫ i estate: qr i eis coadiuuāte frigiditate & humiditate hiemis quibus cū debili calore resistere nō possunt accidit caloris eorum suffocatio.

5

Egritudinū aliq ad alias bene aut male nate sunt.

Um dixisset Nicolus que complexio sit pdiuior ad egritudines subiungit dictum Hippo. Egritudinum alie ad alias regiōes & horas & dietas supple & alia imutantia corpus nostrū bene & male nate sunt & per hoc itel lexit q quedā egritudines se habent ad quasdā regiones: &c. & q de facili i illa regione generātur & augentur: & quedam male qr nec faciliter generātur nec generate faciliter augētur: & verificatur maxime de morbis complexionalibus siue materialibus siue non: & dixit Gal. i cōmento dicti apho. q morbi generati in tempore cōsimili & curati i tempore cōtrario sunt meliores intelligens q morbi generati in tempore ↄsimili melius curantur in tempore cōtrario & habet hoc veritatem indicatione curatiua sumpta ab essentia morbi secundum quam cura fit per contrarium & ceteris paribus: & non voluit Gale. in verbis dictis q morbus qui differtur curari ad tempus cōtrarium sit melior illo qui curatur tanto melius est & postea prosequitur de morbo cōsimili & dissimili i tēpore qd dimitto.

Uetus. Alie traductiōes de duobus apho. vnū faciūt. Nicol' in .P. tracta. 2. cap. 19. quō diuersi mōbi gñantur fm diuersitatē regionū etatū ↄplonū & aliarum diuersarum circūstantiarum & q magis i vna q̄ꝫ i alia & legit hos duos apho. simul. s. hunc & sequentē.

Uetus. e Tates quedā ad regiōes/et horas: et dietas bene:aut male natę sunt.

Theod. e X morbis alii ad alia tempora/loca: et uictus genera: bene male ue sese habent:eodem modo ętates.

Leoni. Pro hꝰ faciūt expōnes due supior apho.

m Orbi quoq; alij ad alia bene uel male se habent: et quedam ętates/ad tēpora/et loca/et uictus genera.

5

Uetus. I N horis quādo eadem die:aliquando quidem estas: aliquando uero frigus: autūnales egritudines expectare opꝫ.

Theod. p Er tempora quotiens eadem die modo estas: modo frigus existit/morbos autūnales expectare oportet.

Leoni. s N tēporibus quando eadem die modo calor modo frigus fit: autūnales morbos expectare oportet.

Nicolus i .ẜ. tract. ẜ .c.29. q̄ mutatio aeris ē deterior in tp̄ibus ⁊ i qbꝰ locis maxime generaf ⁊ i qbus ē deterior.

D Ixit Auic. q̄ nō solū mutanf corpora mutatione tē/poris:sed etiā si vna die aer mutef de vna qualitate ad aliā: vt q̄ d caliditate i frigiditatē. Inquit.n.Hip. in tp̄ibus q̄n eadē die q̄nqz estus q̄nqz vero frigus fit.i.q̄n in vno die vel pluribus vel oībus i eadem die ŝm aliquā partez ipsius diei: puta ŝm vnā horā vel duas/vel plures fuerit caliditas itensa excedens eā/q̄ debet esse ŝm nāz i illa hora: ⁊ i vna alia hora vel duabus vel pluribus fuerit itensa frigiditas: cōsimiliter excedēs: ⁊ postea iterū redeat ad calorē ⁊ postea iterū ad frigus: ⁊ sic circulariter autūnales egritudines expectare oportet.i.egritudines diuersas/⁊ inequales. Dicūtur autūnales per similitudinem quam habent ad diuersitatem autūni: que egritudines appellantur iconsistentes ⁊ inordinate in suis motibus ⁊ afflictionibus/q̄ egritudines ŝm plurimū eueniunt

autūnales egritudines:

i autũno/ꝛ i ꝯtemporibus i quibus accidũt ꝑdicte mutationes i aere/ꝛ rõ huius est q: talis mutatio aeris ẽ cã multiplicatio nis diuersaꝝ materiarum calidaꝝ ꝛ frigidaꝝ/ex quibus tales egritudines diuerse generantur/aut saltẽ diuerse dispositiones neutre accidẽtie: Nã/vt dixit Gal. i cõmẽto/i parte diei i qua est calor i aere nã .i. calor nãlis ꝛ spũs calore aeris pñte extra diffundit ꝛ spargit/vt calore aeris tanq̃ ꝯsimili cogaudeat: ꝛ spũs i luce i qua diffusiõe spũs ꝛ caloris nãlis lassat virtus: q: ille motus nõ proportionalis/sed est ad resolutionẽ faciens debilitare i virtute/iuuãte ad hoc exteriori caliditate: i parte vero diei i qua est itensa frigiditas i aere calor nãlis fugiens contrariũ refugit ad suũ principiũ cor motu non proportionato: vbi etiã hebetat frigiditate exteriore prohibente resolutionem fumorũ/qui retenti hebetant ꝛ grauãt virtutẽ/frigiditas ꝛ intensa corrũpit multũ de spiritu/ꝛ ingrossat ipm. vnde virtus lassat: ꝛ sic generãtur varij humores quos Gal. vocat icõpositos .i. iordinatos generãtes diuersas egritudines icõpositas.

Itẽ i codẽ m̃ctatu. c. io. de causis extrīsecis effectiuis sanitatis vel egritudinis legit in tpib⁹ ꝛ declarat qd p tps itelligat.

6

Vstrini flatus grauãt auditũ/caliginosi/capiut grauãtes/pigri dissoluentes: quãdo isti ꝑualent/talia in morbis paciuntur egrotãtes: si uero boreas fuerit/tusses: faringes/uentres duri/dissuria/horrores/dolores et pectorũ/et laterũ/quãdo isti ꝑualuerint talia in morbis expectare oportet.

Vetus.

Vstrini hebetant auditũ/caliginẽ obducũt/corpora diffundunt: pigriotaq; faciũt/caput aggrauant/ubi tẽpestas ita ꝑualuerit affectus huiusmodi existunt/at si tẽps aquilonũ est/tusses/fauces/alui dure/difficultates urinę/dolores horrifici costarũ/et pectorum accidunt: ubi tempestas ita exuperarit affectus huiusmodi expectato.

Theod.

Leoni.

a Vstri auditũ hebetãtes/caliginosi: caput grauantes/pigri/dissoluentes:quãdo huiuscemodi tẽpestas p̃ualuerit tã lia i morbis paciũtur:at si aquilonia fuerit/tusses/fauces/alui durę:difficultates urinę/horrores/costarũ dolores/et pectoris:qñ hęc tempẽstas p̃ualuerit talia i morbis expectare op3.

Nicolus i.p. tra. 2°.c.52.de vẽtis & causis ipoꝝ & de diuersitate ipoꝝ in noib' & nã et quaꝝ nã diuersa diuerse generant egritudines.

d Dixit Auic. Uentus meridionalis laxat fortitudinem & mouet eos corpoꝝ:& apit poros/turbat humores/& mouet eos ad exteriora ab iterioribus:& sensibiliter efficit grauitatẽ & dixit ipe/est ex eis/q̃ exituras corrũpunt: & egritudinem efficit/& dbilitat:& sup exiturã/& podagrã/facit pruritũ/cõmouet epilepsiã:& afiert somnũ & febres putridas/sed nõ exaspe rat guttur:& Hip.dixit:Austrini venti grauãt auditũ q2 dissoluũt humiditates in capite/q̃ descendẽtes ad aures opilant/& granãt istrumentũ:& sic auditui nocẽt:& dixit q͂ sunt caliginosi.i.caliginosos reddũt oculos:cu3 soluũt ab eis humiditatesi ad oculos descendũt & sunt caput grauantes propter eandem causam:& sunt pigri.i.pigros faciunt:quia corpora replẽt virtutem motiuam dissoluunt dissolutis humiditatibus ad instrumenta motus fluentibus:& sunt dissoluentes.i.virtutem lassantes/& debilitãtes:& Arist. prima problematũ problemate.24. quesiuit propter quid i austris grauiter se habent homines tam in virtute sensitiua q̃3 motiua.Uide solutionẽ/pro hoc etia3 vide i hac particula i apho.s.quottidiane vero ↄstitutiones:&c. vbi ponitur solutio problem.

Itẽ Nicolus i 3°.smõe trac. 2°.c.19.de generali curatione egritudinũ capit͂ p instrumẽtum diete idem.

Uetus. c Vm ęstas fit ueri similis/sudores multos in febribus expectare oportet.

Teobd. q Votiens estas fit similis ueri sudorum copiã in febribus expectare oportet.

Leoni. q Vando estas fit ueri similis sudores in febribus multos expectare oportet.

Ete crises magis fiunt per fluxū sanguinis nariū et p sudorem/dixit hip.3.apho. quādo etas fit veri simi lis.i.quādo estas assimulat veri in cōplexione/q dicit estas vernalis sudores multos i febribus expectare oportet.cō similiter etiā opz expectare sudores multos in febribus i alijs tēporibus anni/q veri i cōplexione simulātur: In talibus.n.tē/poribus maxime euōnes per sudores occurrūt:potest aūt estas simulari i cōplone veri aut i fluxu celestiū:aut euentu pluuiarū et flatu ventorū contra operātiū caliditati et siccitati estatis:et similiter intellige de alijs anni temporibus:et est dicta assimi/latio aut punctualis/aut ei multum appropinquans.

Nicolus i .2°. tra.3°.de crisi c.xj.de signis crisis min⁹ ge neralibus/ad cognoscendū septē cōditiones crisis.

g

In siccis tēporibus febres acutę fiunt: et siquidem annus talis existēs āplius fuerit:qualem constitutionē fecerit in pluribus et tales egritudines expectare opz.

Vetus'.

Er squalores febres acutę fieri solent: et si magna ex parte talis fit annus qualē fecerit cōditionē morbos quoqz tales expectare magna ex parte oportebit.

Theod.

In siccitatibus febres acutę fiunt:et si ānus magna ex parte talis fuerit qua lem fecerit constitutionem tales pluri mum morbos oportet expectare.

Leoni.

Nicolus i .6. tra.2°.c.30.de cōpatiōe mu/tationū tpūz adiuicēm sibi ipsis succeden tiū/et quō i di uersis cōstitu/tiōib⁹ tpūz sibi inicē succedē/tib⁹ diuerse ge nerant egritu dines.

In siccis tēporibus febres acute fiūt:et cē. in siccis tēpo ribus febres acute apte sunt fieri:qz eo tēpore acuūtur humores et materie febriū acutarū generātur:et si tam plius fiūt āpliori tpe ānus talis:qz siccus/vel qz sicciori qualē cōstitutionem habuit i aliquo vno tpe secūdū plurimū i tali anno sicco morbos acutos expectare opz. Notāt quidā qp hic apho.refertur ad tempora naturaliter sicca sicut ad estatem et autūnum maxime ad estatē:pōt etiā referri ad tēpus tēpera/tū.s.ver/ad hiemē vero raro refertur qz cōtemperat acuitas in hieme sua frigiditate:et dicūt qp signficat i febribus persistētibus

et generis i tpore nō sicco:q̄ cū postea deueniūt ad tps siccum acuūtur:dicit hip. vt i pluribus quasi dicat i disposit ad has febres:plures tñ i dicto tpe sunt ad eas disposīti/vel dixit vt i pluribus.i.fm plurimū/q: possibile est pp siccitatē esse tima calozis caliditatē acui ꝗ sui acuitate resoluere a materieb⁹ sub tile remanēte grosso ex cuius grossi putrefactiōe nō fiūt febres acute sed cronice:imo ꝗ possibile est ex multa siccitate i tantū pauificari humores/vt nō valebūt morbos generare:ꝗ dicit aph. verificari vt plurimū ꝗ nō semp:q: possibile est gñari i tpe humido causone acutiorē q̄s in tpe sicco: morbus tñ cū iustitiꝗ spēi factus i tpe sicco breuior est ꝗ acutior facto i tpe humido/quāuis possit esse cōtrariū.qd hip. expressit de febri/ bus pōt extendi ad alios etiā morbos cōsimiles.ꝗ dedit hip. intelligere de tpe humido cōsimile aph. .s. q i eo fiūt morbi cronici:vt i pluribus exponēdo ꝗ intelligendo ipm eodē mo do;vnde dixit ipe egritudines i pluuialibus vt multū fiūt:ꝗc.

Itē i.2°.tra.2° sūma.p^a.c. o de apparatis ad febres fm res non nāles eodē mō ex/ ponit aph. vt supra.

Uetus.

N moderatis tēporibus/si tēpora tē/ poraliter se reddiderint: boni status: et bonę egritudinis determinationes fiunt: In immoderatis uero maxime immode ratae & difficiles determinationes.

Theod.

N tpribus naturę legitimis:cū tēpe stiua tēpestiue reddunt morbi cōstan tes sinceri:et faciles subeūt: at uero ini quis incōstantes et iudicatu difficiles existūt.

Leoni.

N cōstantibus temporibus cū tempe stiue tempestiua reddunt: morbi con stantes et boni iudicii fiunt:In incon/ stantibus autē inconstantes et mali iudicii.

Nicolus i.2°. tra.5.c.ii. d̄ g̃nis crisis mi nus g̃nalibus

In moderatis tpibus si tpa:ꝗc. dicit boni status.i. bone cōsistentie/ꝗ boni processus ꝗ ordinati/vel boni status.s. vt is morbi habebūt bonū statū cum leuitate accidentiū: In immoderatis aūt tpibus maxime imoderate

& difficiles:q cū seueritate accidentiū determinationes fiunt:& hoc ideo:q i tpibus moderatꝫ corpora & humores nō multū mutantur a dispositione naturali/& virtus in illis est fortis/in immoderatis autem temporibus opposita.

ad cognoscē dū .7.cōditiō nes crisis i fi.

10

N autūno acutissime fiūt egritudies: et maxie mortifere ut in pluribus:uer uero sanissimū/et minime mortiferū.

Uetus.

Er autūnū morbi acutissimi et exitio sissimi accidūt magna ex parte:uer sa lubertimū est/minimeq exitiosum.

Theod.

Vtūno morbi acutissimi/atq exitia les maxima ex parte:uer uero saluber timum et minime exitiale.

Leoni.

Uesiuit Arist.i p°.probl.pbl.17. pp quid ver & autū nus sunt morbiferi.& cām dixit esse:q mutationes tē porū sunt morbifere:& plus pp cōgregatos i corpore quos iueniūt ꝗ rōne dispōnis aeris:& precipue ver de quo di xit hip.qd est sanissimū & minime mortale/& hoc de per se:q est tps magis tēperatū/per accns tñ in quantuꝫ inuenit corpus repletū multꝫ humoribus reseruatis ex hieme/quos ver agitat & dissoluit:& nō resoluit pp debilitatē sue caliditatis/qui disso luti & agitati sunt cā egritudinū:& dixit Aristo.q autūnus est morbiferus magis vere/q magis calor ifrigidat & ēt calefit: in vere calefit tantum/& frigiditas inimica nature humane ca liditas vero.amica est.

Nicolus i .ß. tra. 2°:c.20.q corpora fꝫ di uersitatē ɔplo nū etatū & se xuū aliqñ bn aliqñ male se hñt i diuersis tpib?/& i qb?. tpibus ita di uersimode se habent.

Er sanissimū & minime mortale. maxime tñ verifica tur hoc fm ipsius mediū/qd est sanissimū respectu cu iuscūqꝫ corporis/maxime tñ respectu corporis tempe rati/qd maxime cōseruat/& etiā est tale respectu omniū corpo rū lapsorū. Ea.n.aut pseruat ab vlteriori lapsu/aut ea reducit ad melius. Imma dicit quid.i q respectu corporū lapsorꝫ q reducit ad tēperiem ver magis proportionat corpori lapso:ꝗ corpori tēperato:q reduci ad tēperamētuꝫ proportionaliter ē plus/ꝗ i temperamēto cōseruari/& dicūt nō dicat ver sanissi/

Itē Nicolus i eodē tra.c.26. de qlitātibus qtuor tpꝫū & quō p cōpara tiōeꝫ ad diuer sa diuersimo/ de graduāt & ibidē i lōgū d ɔplone autū/ ni qd dimitto

Itē Nico.i.2° cap.vlt°.de si guis lōgitudi nis & breuitat egritudinū/& si i apho.non fiat cōpt° quā dicat Nico.fa cit tñ glosa p aph°.& nescio vbi pōat hoc Hipp. nisi ibi adducatur di cum suum.

mū/qꝫ in eo nulli cōtingant morbi:qꝛ imo cōtingūt multi:sed qꝫ pauciores i eo accīt morbi:qꝫ in alijs tēporibus:& dr̄ mini/me mortiferū qꝛ in eo cōtingit plurimū salutē fieri qꝫ mortē; illo.n.cōtingit in vere mori pp ipsius tēperiē:nō sic tñ qn in eo ēt mori cōtingat:& maxime ratione dispositionū tēporis precedētis:& haliab.assimulauit ver pubertati/de egritudini bus autūni infra apho.23.Autūno vero:&c.

e Et scias qꝫ quādo hip.3.aphoꝛ dixit egritudines au tūnales sunt magis acute qꝫ estiuē intellexit p acuita/tem periculositaté. Sunt.n.periculosiores magis/qꝫ estiue pp materiā i autūno e: magis etherogeneā:& verificat apho.qꝫ fiat cōparatio egritudinū eiusdē spēi: & nō diuersa p: & supponat paritas ceteroꝛum/& qꝫ egritudo sit materialis.

ii

Uetus. a Vtūnus ptisicis malus.

Theod. a Vtūnus tabidis malus est.

Leoni. a Vtūnus tabidis malus.

Nicol°i.4. tra.2.c.27.de vlcerib°pecto ris & mēbroꝛ eius & ptisi in pseruatione a ptisi.

f Requetio i aere mutatio sicut sepissime ptingit in au/tūno nociua ē ptisicis:Nā cū pulmo recipit aerē nūc calidū nūc frigidū/sicut i autūno cōtingit valde alte rantur & leduntur:ita qꝫ nō solū in veris ptisicis hoc cōtingit; sed etiā i nō veris:& nō solū in manifeste ptisicis:sed etiā i nō manifeste; & qꝛ talis est aer autūnalis ideo autūnus ē ptisicis omnibus vehementer nociuus & nō quidem ratione sue siccita tis:qꝛ hac ratione potius cōferre haberet:sed ratione sue in equa litatis:& permutationis aeris eius nunc ad calorem/nunc ad frigus vltra omnia alia anni tempora.

12

Uetus. d E temporibus siquidem hiems sicca: et borealis fuerit: uer uero pluuiosum et austrinum necesse est estate febres acutas/et obtalmias/et dissenterias fieri maxi me mulieribus et humidis natura.

Theod. q Vod ad temporū attinet rationem/si hiems squalida/et aquilōia fuerit: uer

pluuium australeq; febres acutas fieri estate ne
cesse est/et lippitudines/et intestinorum diffi/
cultates/maxime mulieribus/et his qui humi
dam habent naturam.

Leoni.

E téporibus siquidé hiems sicca et aq
d lonia fuerit: uer uero pluuiosum et au
strale/necesse est estate febres acutas:
et lippitudines græci ophthalmias uocant/et
intestinorũ difficultates: pcipue uero mulieri
bus et uiris qui natura sunt humidiores.

In temporibus siquidem hiems sicca & borealis fue/
i rit: ver vero pluuiosum & austrinum necesse est i esta
te sequente fieri febres acutas obtalmias: & dissente/
rias: & in libro de aere & aqua: &c. addidit & lienterias & ma/
xime mulieribus & humidis natura: & Auic. dixit si hiems fue
rit septentrionalis & ver fuerit pluuiosum meridionale multi/
plicabũtur i estate febres/& obtalmia/& ventris solutio/& san/
guinis egõ: & illi quibus nocet plus hoc tempus sunt mulieres
& pueri/postea Nicolus de hoc posuit problema ibidé Arist.
prima problem. proble. 8. quod dimitto.

Nicolus i .p. tra. 2°. c. 30. de cõpatione té/ por adinuicé sibi ipis succe détiuz/& quõ diuersis cõsti/ tutiõib9 tpr̃u sibi inuicé suc cedétib9 diuer se gñant egri/ tudines.

Dixit Hip. 3°. apho. i apho: i temporibus siquidez: &c.
d febres acutas pũtridas magis fieri i mulieribus & hu
midis natura: & dixit Gal. i 2°. flegmaticos plurimũ
febres pati. s. de putredine cũ eorũ corpora sit humidiora: Ui
demus. n. q corpora mortua resuata in loco humido magis:
& citius putrescunt etiam si locus sit temperatus in actiuis: imo
etiam si sit frigidus / q̃z carnes reseruatæ in loco calido in
passiuis temperato/vel calido & sicco.

Ité Nico. i. 2°. tra. 2°. summa 4a. c. p. de qdi tate nois & rei febris humo/ ralis in fine.

E tẽporibus siqaidé hiems sicca & borealis fuerit. i.
d frigida. s. excessiue supra suã caliditaté & humiditaté
ad quã nãliter declinat veruñ tñ q caliditas minus
excedés sit q̃z ipsius humiditas necesse é i estate fieri febres acu
tas imo acutissimas: & hz q ipse dixit i lib. d aere aqua & regio
nibus & sic intelligere opz morbos alios de putrefactiõe: ac et
obtalmias & dissenterias & max. i mulieribus & humidis nã:

Itez Nico. in 2°. tra. 5. disti. pa. c. 16. de si/ gnis pronosti cis futuraruz egritudinũ sũ ptis ab aere & tpabus anni.

& idem dixit Arist. prima problem. probl. 8. & predicta habet veritatē quādo hiems & ver secundū totum vel saltem maiorem partem fuerint talia & estas suā seruauerit naturā: & rō dicti est: q: hij morbi nō ɔtingunt i hieme: q: nō est i ea humiditas multa cū sit sicca borealis & suis i actiuis qualitatibus putrefactioni repugnat: nec ēt vere sm plurimū ɔtingit: q: ver inuenit corpora idisposita ad hos morbos pp dispositiones pcedentis hiemis: nec ēt i vere est tanta caliditas q̄ sit cā ebullitionis: vn̄ reseruātur materie putrescibiles ad estatē: Estas vero si nō seruaret nāȝ suā i caliditate: sed fieret frigida & sicca non fierent i ea pdicti morbi: q: tūc esset cā ɔsumptionis humiditatū/ & prohibitiōis putrefactiōis: & siccā prohibitiōis generationis dictoꝝ morboꝝ: Sed cū estas seruauerit naturā suā tūc in ea euenient dicti morbi acuti: sequuntur aūt & obtalmie & aliē oculoꝝ egritudines reptonales: & dissenterie large sumēdo dissenteriā pro oī fluxu qui sequit cachochimiā/ & q sic debeat sumi apparet p illud qd dr in libro de aere & aqua: & ē. vbi dicit lienteria & cacesia. 27. aūt ɔtin. dr diaria: & 2ª. pª. dr ab Auic. fluxus ventris: & scias q p dictos morbos i estate euenire ɔtingit etiā si ver pluuiosum & austrinū succedet hiemi seruāti nāȝ suā: īmo & plures pp maiorē abundantiā humiditatū generatarū i hieme seruāte nāȝ suā: q̄ ē humida plusq̄ȝ i hieme sicca. Sed hip. hoc nō expressit tanq̄ȝ notū/ vel fortasse q: humida existente hieme/ vel fortasse etiam temperata vere succedente austrino pluuioso predicti morbi magis euenirent in ipso vere q̄ȝ expectarent ad estatem.

15

Textus. Si uero austrina hiems et pluuiosa et trāquilla fiat: uer uero siccū et boreale/ mulieres siquidē/ quibus partus ad uer inest ex omni occasione abortiūt. Si uero genuerint morbidos pueros et imbecilles pariunt/ ut aut statim resoluātur/ aut morbidi et tenues uiuant existētes: Aliis uero iunioribus qdē disenterię et obtalmię siccę fiunt/ senioribus uero catarri celeriter dissoluentes.

Theod.

[S]I hiems australis pluuia et tepida fuerit:uer squalidū aquilentūq; mulieres quarum partus iuxta uer properant/ abortū ex qualibet causa facient/quę aūt pepererint imbecilles aut morbidos edent infantes/ita ut/aut statim pereunt/aut tenues atq; ualitudinarii: ceteris difficultates intestinorū: et lippitudines aride accident. Senioribus uero destillationes quę cito interimant.

Leoni.

[S]I uero hiems australis et pluuiosa et serena fuerit. Ver aūt siccū et aquilonū mulieres quibus partus ad uer instat ex quacūq; occasione abortiunt:q̄ uero parient imbecilles et morbidos infantes pariūt: quare uel statim intereūt/uel tenues et ualitudinarii uiuunt:ceteris uero mortalibus difficultates intestinorū/lippitudines siccæ fiunt. Senioribus aūt distillationes/q̄ cito interimunt.

[D]ixit Hip. si vero hiems austrina ꝛ pluuiosa ꝛ trāquilla fuerit.i.fuerit calida : ꝛ humida ꝛ sine ventis :ver aūt fuerit siccū ꝛ boꝛeale.i.frigidū mulieres gdē:ꝛc. resoluant.i.moꝛiātur/aut tenues ꝛ moꝛbidi iuuāt exites:alijs vero iunioꝛibus dissenterie ꝛ obtalmie sicce fiūt senioꝛibus vero catarri celeriter dissoluētes:ꝛ Auic. dixit q cū hiems multarū fuerit aquarū.i.vehementer humida:ꝛ quidā supplent:ꝛ ver seruauerit nāz suā/sed puto melius supplendū esse sicut dixit Hip.ꝛ ver fuerit siccū frigidū tūc aboꝛcient mulieres q̄ se i vere parituras sperabāt absq; cā manifesta:ꝛ si nō aboꝛcient parient fetū debilez/aut moꝛtuū/aut magnā habens maliciā: ꝛ oībus multū accident obtalmie:ꝛ sanguinis egō : ꝛ catarre tūc multiplicabūtur:ꝛ pꝛopꝛie i senibus descendent i membra eoꝛ occulta:ꝛ qñq; moꝛte moꝛiūtur subita/eo q vie ābelitus

Nicolus i .ß. tra.2°.c.30.de cōparatiōe tēpoꝛum:ꝛc.vt supꝛa.

subito cum multitudine opilantur:ꝛ post subiungit problema Aristo.prima problem.probl.9.ꝛ qꝛ longum dimitto.

Itē Nico.i.6 tra.3°.c.16.de abortu ꝛ causis eius.

J hiemo austrina:ꝛ ē.ab oi occasione.i. ab oi cā leui intrinseca vel extrinseca.s.vt i pluribus:ꝛ subdit hip. Si vero genuerint ꝛ nō abortiētːadē dixit Arist. p. proble.vt supra:ꝛ dixit Auic.qñ pterierit hiems austrina calida/ꝛ sequit ver boreale abortiēt pgnātes q̄ pariture sunt i vere/ꝛ debiles ꝛ extenuate abortiunt: fortes vero ꝛ carnose pariunt sed debilez ꝛ morbidū fetū:illā stante dicta cōstitutione tpis aer frigidus veris inueniens poros apertos ex hieme calida subintrans ad corporis profundū ledit matricē/ꝛ ēt fetū sua frigiditate ꝛ deicit virtutes eoꝝ maxime cū inuenit eos debiles ex constitutione australi pcedente relaxante eos.

Tem Nicolus i.3°.tractatu.2°.summa.5.cap.14.de apopl'a adducit vnū dictū Gal.i hoc pt°.s.qꝛ ex apoplexia ptingit paralesis dextri lateris ꝛ exponit dextri.i.apparatiːin traductione noua habeť i dextro vel sinistro:ꝛ sic expō nō habet locū vide qd faciāt male traductiōes.

Itē Nico.i.3° trac.4.c.6.de obtalmia ꝛ causis ꝛ signis.

Jtē cum hiems ē calida replet corpora humoribus: ꝛ si sequitur ver septentrionale/tunc constringit eos: vnde constricti exprimūtur/ꝛ pressi fluunt ad oculos generantes obtalmiā vt dixit Arist.vt supra:ꝛ hip.3°.apho. ꝛ estas boreales etiam post hiemem austrinam generat obtalmias/siue ver seruauerit naturā suam siue nō:ꝛ causa est quia frigiditas estatis exprimit constringendo humiditates sicut exprimuntur ex spongia quando manu comprimitur.

14

Uetus.

S I uero estas sicca et borealis fiat:autūnus uero pluuiosus et austrinus/capitis dolores in hieme/tusses/branzi & corize fiunt/quibusdam uero et ptisis.

Theod.

S I estas squalida aquilentaqꝫ fuerit autūnus pluuius austrinusqꝫ/dolores capitis/tusses/raucedines grauedies existunt/tabes etiam nōnullos inuadit.

I uero estas sicca fuerit/& aquilōia:au tūnus uero pluuiosus & australis dolo tes capitis ad hiemem fiunt et tusses/ raucedines atq; grauedines/qbusdā et tabes.

Leoni.

Icolus i.p.tractatu.2°.cap.30.de comparatione tem porum vt supra de hoc apho.cū concordia Auic. Quando estas erit parū pluuiosa & borealis: & autū/ nus calidus multū/& pluuiosus meridionalis/tūc in hieme erunt fortes dolores capitis:&c.& causa huius est manifesta/eo q in autūno capita replent huiuscemodi hu midiatibus/& cū superuenerit hiems.s.seruans naturā suam sua frigiditate cōprimit cerebrū/& destillabunt ab eo superflui tates/nec poterūt digeri/& ob hoc dicte egritudines fient. Nā si remanebūt in capite facient dolorē capitis pdictū/& si fluxe rint ab eo facient alias supradictas egritudines secūdū diuer sa loca ad que fluent.

Itē Nico.i.2°. tra.5.dist.p°. c.16.de signis pnosticis fu/ turarū egritu dinū sūpt ab aere & tpibus anni.

Item Nicolus i.3°.trā.2°.cap.5. de dolore capitis in generali i longum de hoc dolore capitis cum autori/ tate Auic.& Aristo.q̄'fere eadē est qd dimitto.

Item Nicolus i.4.tractatu.2°.cap.20.de tussi tangit apho.pro tussi cum autoritate Auic.

J estas sicca: &c.accidit ptisis.s.ppartis ad ipam: & Auic.dixit quādoq; multiplicat ptisis quādo esta te boreali sicce succedit autūnus pluuiosus/dixit Ma sue.tempus magis paratū ad faciendū cadere in ptisim/& qd vehementius nocet factis ptisicis est autūnus/& conflatio borea lis multū dōnās & pcipue qñ pcesserit auster: & cōflatio austri na qñ pcesserit boreas & regio borealis multū frigida & sicca: & cibi & potus huius:& que in hoc cursu procedunt.

Itē Nico.i eo dē lib.& trac. c.27.de vlceri bus pectoris& mēbror eius & ptisi.

15

I uero autūnus borealis fuerit: et in aquosus humidis natura:et mulierib9 confert:reliquis uero obtalmiæ fiunt siccę et febres acutæ:et corizæ diuturnę: qui/ busdam et melancoliæ.

Uetus.

Theod.

T si autũnus aquilonius sit et siccus uiris natura humidis et mulieribus p derit. Reliquis accident lippitudines aridę: et febres acutę: et grauedines: nõnullos etiam atra bilis exercebit.

Leoniceni.

S I uero aquilonius et siccus/ his qui naturam habẽt humidiorem et mulieribus confert: Reliquis aũt erunt lippitudines siccę: et febres acutę / et grauedines: Nõnullis uero et atre biles.

Nicolus i.2°. trac.5. distin. p°.ca.16. de signis pnosticis futurarum egritudinũ sũptis sub aere ꝛ tpibus anni.

S I dispõ autũni fuerit borealis ꝛ inaquosa .s. sicca ꝛ sine pluuia/ talis ↄstitutio cõfert mulieribus ꝛ homidis nã. Reliquis vero obtalmie: ꝛc. qꝛ manifestũ est ꝙ qñ istud tps in siccitate fortificat facit egritudines mꝉicas: ꝛ febres hic tacte sunt de gener mꝉico/ quãuis humor ille non sit velocis motus: ꝛ Arist.p°.problematũ dixit ꝙ confert flegmaticis ꝛ mulieribus: qꝛ hi sunt humidi nã vero illoꝝ tpꝛuꝫ sicca ducit ea ad bonã cõtẽperantiã/ dũ mõ ista ↄstitutio non tm̃ recedat a tẽperamẽto: vt corpora multũ lapsa ad humidũ nõ solũ nõ corrigat/ sed deducat ad ↄtrariũ lapsuꝫ/ vt ad siccitatẽ/ ꝛ suplent quidã/ ꝙ hec corpora nõ sint macra ꝛ multum excarnata: qꝛ huius frigiditas ↄstitutionis pdicte nimis peruareret: ꝛ esset nocumẽtuꝫ maius iuuamento: nec talis ↄstitutio oĩbus mulieribus/ sed eis q̃ sunt humide nã: ꝛ notãter dixit Hip. humidis nã vt excludat humida etatiue: qꝛ corporibus natura siccis/ licet etatiue humidis/ vt i pueritia cõstitutis nõ ↄfert: minus tñ nocet eis q̃ꝫ si non forent humida etatiue: ꝛ subdit Hip. ꝙ reliquis corporibus .s. colericis et siccis nã accidunt obtalmie sicce/ ꝛ febres acute nõ de p se: qꝛ de p se acciderẽt morbi frigidi ꝛ sicci: Sed p accñs colera i venis ebuliente/ pp siccitatẽ ꝛ frigiditatẽ claudentẽ poros ꝛ retinentẽ eam in interioribus: ꝛ subdit Hippo. ꝛ quibusdã corize ꝛ mꝉie. Corize nãqꝫ diuturne accidunt resoluto vel cõpresso subtili a materijs capitis remanẽte pte grossa: q̃ postea defluit ad nares ꝛ sua grossitie causat corizã diuturnã: ꝛ melãcolica passio accidit q̃busdã

q: paratio ad ipsam propter frigiditatem & siccitatem materiã in grossantem & retinentem:& tangit hanc secundã partem huius apho. Arist. p. problem. probl. i2. quod dimitto q: longum.

16

Onstitutiones uero anni omnino qui dem siccę / pluuialibus sunt saniores: et minus mortiferę. — Vetus.

Onditionum anni squalores salubriores/quod i totum dixerim/q̃ imbres/ minusq: mortiferi sunt. — Theod.

X anni autem cõstitutionibus/quod in totũ dixerim siccitates ibribus sunt salubriores/et minus mortiferę. — Leoni.

Constitutiones sicce:&c. et nõ itellexit de complexione sicca vel humida sm nãz tp̃is: Nã autũnus qui sm nãz suã est siccus nõ est melior vere & hieme: que sm nãz suã sunt pluuiosa: Sed itellexit de cõplone tẽpoꝝ excedentez debitũ sue nature in sicco & humido: Nã ꝯstitutiones tẽperate in sua nã sunt oibus meliores: Si vero declinant ad distẽperantiã in sicco vel humido/tũc illa q̃ declinant ad sicitatẽ oio. i. vlr est sanior ea q̃ declinat ad humiditatẽ: et nõ solã voluit vnam ꝯstitutionẽ. i. vnũ tp̃s anni siccũ esse sanius vno pluuiali: sed etiã totũ annũ siccuz toto anno pluuiali: et rõ apho. est; q: morbi ꝯtingẽtes a cã intrinseca. 2ª. cõstitutione anni sm plurimũ sunt mãles causis primitiuis sm plurimũ cõmouẽtibus antecedentes: et q: i tp̃ibus siccis humiditates putrefabiles egritudinũ factiue/et mortis inductiue cõsumũtur et paucificãtur: Calidũ etiã vigoratũ ad digerendũ magis est. vñ melius gubernãtur: et a putrefactione defendunt: et eõ. in constitutionibus humidioribus: ideo pauciores morbi mãles in cõstitutione sicca cõtingunt: vñ sanior et minus mortifera/q: frequẽtius accidit mors ex morbis mãlibus ex multitudine materię et eius malitia: q in humidis tp̃ibus reperit amplius: qdã exponũt oio. i. totaliter sm se totuz et nõ solũ sm partẽ sit sicca/sed sm totũ: et alij exponũt oio. i. valde et vehemẽter/et nõ

Nicolus i. p̃. tra. 2°. c. 30. de cõpatiõe mutationũ tp̃uz adinuicẽ: &c. vt supra.

solū parū ſicce ſunt parū humidioribus ſaniores: Sed ēt mul
tū ſicce multū humidis. Dicūt qdā ꝙ cōſtitutio ſicca ē ſanior:
q2 eſt cōformior i ſanitatibus ꝯſeruandis: ⁊ reducendis/ac ēt
pſeruandis/nec nō ⁊ egritudinibus curandis: ⁊ verificat hoc
ſm plurimū: Illā reſpectu quorūdā morboꝝ cōſtitutio pōt eē
ſicca deterior/vt reſpectu morboꝝ mīcoꝝ/⁊ ēt in māliuꝫ/vt
educe: ⁊ dicant ſm plurimū eſt deterius plura tēpora eē ſicca
ꝙ̄ pauciora/q2 pp nimiā corpoꝝ exiccationē/q̄ ad illa tēpora
ſequit/accidit virtutis proſtratio nimia: ⁊ ēt ſiccitate plurimū
exacuente calorē ꝫ humoꝝ venenoſitas ꝯſequit: ⁊ venenoſitas
ſm plurimū ꝯſequit vehementē ⁊ acutā putrefactionem/qua
propter cōſtitutionem frequenter talem ſequitur peſtilentia.

17

Vetus.

Egritudines uero i pluuialibus/ut mul
tū fiūt et febres lōgę/et uētris fluxus
et putredines et epilepſia et apolexia:
et ſquinātes: In ſiccis uero cōſūptiones/ptiſis:
ophtalmię/artetice/ſtrangurię/et diſenterię.

Theod.

Morbi p ibres magna ex parte cōſiſtūt
febres longę/alui fluētes/putredines:
attoniti: Anginę: per ſqualores tabitu
dines/lippitudines/articulorū dolores ſtillici
dia urinę/difficultates inteſtinorum.

Leoni.

Morbi in pluuiarū multitudine magna
ex parte fiūt/febres lōgę: Alui proflu
uia/putredines/morbi comitiales/et
attōiti/quos apoplexias gręci uocāt/et āginę.
In ſiccitatibus autem/tabitudines/lippitudi
nes/articulorū dolores/ſtillicidia urinę/et diffi
cultates inteſtinorum.

Nicolus i.4°
fē.2°.c.27.de
vlcerib' pecto
ris ⁊ mēbroꝝ
eius ⁊ ptiſi.

Cum dixit Hip. i ſupradicto apho. ꝙ i cōſtitutione ſic
ca fit ptiſis itellexit de ptiſi nō vera. ſ. corporis exicca
tione abſqꝫ vlcere pulmonis: q2 ptiſis prout eſt vlcus

pulmōis nō sequit ad siccitatē aeris: q: siccitas p se nō ē facere defluxū humorꝝ: sed potius prohibere illū exiccādo humidita tes: Nec siccitatis ē i tantū exiccare venā vt frangatur/vt ma nifestatur in ethicis ⁊ calefactis in quibus nō frangitur.

Atheus de gradi i cap. de ptisi in causis ptisis dicit: m siccitas aūt sine caliditate dicit Gal. 3. aphōꝝ cōmēto aph' illius. 17. egritudines quidē i pluuialibus: ⁊c. cōtra Hip. nō pōt esse cā ptisis imo est curatiua causa ptisis: ⁊ tandē in fine cōmēti excusauit Hip. q q: fuit de primis i arte nō fuit mirabile si errauit. Cōciliator huic cōsentit positiōi Ga. ⁊ postea ipe defendit Hip. cō Gal. ⁊ Cōciliatorē: ⁊ ex autorita te Gal. dicit q frigiditas pōt facere seperationē3 in cōtinuo ⁊ nō nisi pp siccitatē priuatiuā/videt ergo q multo magis sicci tas pōt positiue facer ad solutionē/vide respōsiōē3 i lōgū i co.

Gal. dixit. 6. de interioribus q straguria plurimū fit a frigidō: aut sequit debilitas virtutis malā cōple xionē siccā. vñ. 3°. aphōꝝ i apho. egritudines vero in pluuialibus: ⁊c. strāguria pōt accidere ex siccitate. s. exiccante humiditatē debentē expandi sup collū vesice. vñ etiā collū ve sice prohibet a debita expansioue: ⁊ itellexit Hip. nō de remis sa siccitate/de qua intellexit Gal. arguens in cō. cō Hip. sed de intensa de qua idē Gal. dixit. 6. de accidēti ⁊ morbo: opplat inquit meatus vrine ex abūdanti siccitate i collo vesice/sicut i febribus adurentibus ⁊ causonicis/sicut in quibus ex perfecta siccitate oris nō potent patiēs loqui/nisi humectet os eius a q: de qbus vidi plures appropinqre morti/⁊ pars coꝝ mortua ē ex retētiōe vrine/ i qb' oīb' ipoꝝ vesice videbāt extēse/⁊ post subiūgit exēplū Gal. de hoc. 3°. de vtilitate pticul. qd dimitto.

Itē Nico. i. 5. trac. 10. c. xj. de stranguria.

18

Votidianę uero cōstitutiōes boreales corpora cōstituūt quidem fortiora/et bene mobilia/et bene colorata/et me lius audientia faciunt/et uentres siccant/ et o culos mordent/et circa thoracem dolorem fa ciunt/et siquidem dolēdum est magis dolet: Austrinę uero corpora dissoluūt et humectāt:

Uetus.

et capitis/et auditus grauitates faciunt/et uertigines in oculis/et in corpore difficilem motum/et uentres humectant.

Theod.

C Onditionũ quotidianarũ aquilões corpora cõstipatiora/cõtentiora/mobiliora/coloratioraq; faciunt. auditũ etiam adiuuãt: sed aluũ exsiccãt/oculos mordent: et si in pectore dolor aliquis preest acrius excitatur: Austri corpora dissoluũt/et humefaciunt: caput grauãt/auditum obtũdunt/uertigenes mouent/oculis et corporibus afferunt tarditatem/aluos etiam humefaciunt.

Leoni.

Q Votidiane aũt constitutiones/aquilonię quidem corpora dẽsant/cõtendũt et bene mobilia coloratiora. et melius audiẽtia faciunt/et aluos exiccãt/oculos mordent/et si pectus dolor aliquis obsederit dolorẽ augent. Austrinæ dissoluũt corpora/et humectant/auditũ obtũdunt/capita aggrauãt/et uertigines faciũt/oculis atq; corporibus difficilem motũ prestant/et aluos humectant.

Nicolus i .p. trac. 2° .c.32.d̃ vẽtis & causis ipoꝝ/ & de diuersitate ipoꝝ i noib⁹/ & nã: ex quoꝝ nã diuersa diuersẽ gñant egritudines i longũ de hoc.

Ubus in vrina pingui.i.grossa furfurea mingunt.i. quedã partes late subtiles i modũ corticũ frumẽti in quãtitatẽ/7 subtilitate assimilate furfuribus his vesi-

Jtẽ Nico.i.sermo tra.vlt°.c.6.d scabie vesice

ta scabit: q: significat pelle3 intrinsecā vesice superficialē excoriari cū pruritu/ɋ est signū hoc verū vt ī pluribus ɋ hoc ideo q: possunt he partes surfuree esse de venis/ɋ signū distinctiuū supradictū est. Dixit Auic. fac scabies vesice ex adustione vrine ɋ fetore eius/ɋ dolore vehemēti cū pruritu/ɋ sedimine furfureo: q: n. aquositati vrine pmiscet colera vrina reddit vstiua/ɋ q: hec humiditas vstiua remouet crustas a locis scabiosis fit i locis illis punctio ɋ dolor/ɋ percipit pruritus pp humiditatem vrine etiam pruritiuā ex admistione colore ɋ sordis/ɋ scabiei: ɋ q: ille cruste ab eis remote emittūtur cum vrina/iō in ea apparet sedimen surfureum ɋ fetet pp corruptionem.

78

Uetus. q Vicunq; sanguinem sponte mingunt, his de renibus uenę rupturā significat.

Theod. q Vicūq; sponte sanguinem mingūt/his uenulam ruptā esse i renibus significat.

Leoni. q Vicūq; sponte sanguinem mingunt his a renibus uenulā ruptam significat.

Nico.i.2° trā. 5.disti.6.c.25 de signis sum ptis ab vrina q signāt morte ɋ codē tra.di stin.3.c.19.de hipostasi il/ laudabili: ɋc.

b Dixit Auic.3ª.4ª.qui mingunt sanguinē purū suple in acuta febre: suple ɋ nō per viam crisis moriūtur: q̄m significat replōne3 sanguinis vehemente3 cū acuitate ebulitionis/ɋ timetur de huiuscemodi pr̄focatio.s.que fit ex replōne vētriculor cordis si declinat sanguis ad cor: aut apoplexia/si declinat sanguis sursu3 ɋ repleat arterias apoplecticas: quibus repletis accidit apoplia. Dixit Hip. quicūq3 sanguinē sponte.i.subito ɋ sine dolore mingunt his ex renibus vene ruptura significatur.

idem. Itē Nico.i.5. tra.vltimo.c. 9.di mictu sā guis i signis.

q Uicūq3 sponte sanguinē mingunt.s.subito nō pcedētibus alijs accidētibus his de renibus vene ruptura3 significat: Scribitur aūt sic.io.ptī.mictus sanguinis puri ɋ superadūdantis subito absq3 causa manifesta erit ex ruptura alicuius vene in renibus ex replōne eius de sanguine: ɋ hic sanguis dixit Gal.i pt°.erit multus neq3 vehemēter vrine pmixtus/neq3 talis sanguis aliūde venire pōt/ɋ eius v̄ba sic scribūt.xj.ptī.ipossibile ē q mictus multi sanguinis subito a vesica pueniat nō.n.aliq vena rūpit in ea ex pte supabūdant/

tis sanguinis/sicut accidit hoc i renibus/qm̃ ad vesicã puenit sanguis qui est necessarius ad nutrimẽtuȝ eius tñ. Sed i reni/bus procedũt vene magne ⁊ in eis colat̃ sanguis:⁊ iõ micus ex eis põt eẽ cuȝ sanguine abũdanti subito/⁊ proprie si aptio i eis fuerit ex apertione orificiorꝫ venarũ/qui ex eis colat̃. Sed ex vesica de venis modicus sanguis resudat/qui modicũ mi/scet̃ vrine/aut cũ peruenit i ea corrosio ad venas sed tũc prece dũt signa vlceratiõis. Silr̃ dixit de venis vesice Auic. ⁊ dixit ad renes puenĩũt vene magne ex qb⁹ alia mẽbra suscipiũt nu trimẽtũ/q̃re sanguis renũ ẽ plus eo q̊ idigẽt pnutrimẽto suo.

79

q Vibuscũq; i urinis harenosa subst̃at sedi mina:his uesica/aut renes lithiasiȝ hñt. — Uetus.

q Vibus in urina decidunt harenosa / his calculo uesica laborat. — Teobd.

q Vibus in urinis harenosa subsistunt his uesica laborat calculo. — Leoni.

Igna cõia vtriq; lapidi dixit Hip. ⁊ etiã dictũ est su/pra.f.i cap.i2.ð lapide i gñali ⁊ causis eius. Quibus in vrinis harenosa subst̃at.i.ad fundum descendũt ⁊ ab vrina seperantur his vesica aut renes lithiasim.i.lapidem habent:per seperatiões istorꝫ harenosorꝫ ab vrina ⁊ ipsorꝫ de/scensum ad fundũ/ipa distinguunt̃ a quibusdã corporibus ha renosis q̃ egrediũtur cũ vrina ipi vehemẽter pmixta:⁊ in supe rioribus eius stantia/aut adherẽtia parieti vrinalis/q̃ proprie procedũt ad adustioneȝ humorꝫ ⁊ proprie in fine febriũ:inspi cere debes quotidie vrinã/⁊ cũ videris cõsuetã exire/grossam vel turbidã attenuari/⁊ clarificari suspicari poteris de gñatio ne lapidis:⁊ si post hoc videris dolorẽ i loco renũ ⁊ iliorꝫ vel pectinis addes i suspicatiõe:⁊ si videris harenã ꝯsuetã expelli i vrina retineri/tũc iã certificabis gñatiõem lapidis:⁊ scias q̧ harenule veniẽtes pp gñatiõeȝ vel dissolutiõeȝ lapidis/qñ co lant̃ ab aquositate ⁊ fricant̃ iter digitos nõ cõminuũtur neq; dissoluũtur: Sed q̃ fiũt ex adustiõe humorꝫ i febribus ⁊ i arti/culosis inter digitos fricate facile dissoluũtur. Cum harena in vrina quotidie multiplicatur quotidie lapis augetur.

Nicolus i .5. trac.9.c.i3.de signis lapidis cõibus i prin/cipio.

Uetus.

I ſanguinē mingunt aut trūbos/et ſtrā
ſ guriam habent:et dolor incidit in pectī
nem/et ſub uentre/et periteneon circa
dolorem ſignificat.

Theod.

I quis ſanguinem et grumos/et guttā
ſ tim emittit urinam:ac dolor ad uētrem
imum/et pectinem/et femen uitiis ue/
ſice laborat.

Leonh.

I ſanguinem mingant/aut grumos/uel
ſ ſtillicidium urinę habeant: et dolor in
imū incidat uentrem/et pectinem/et
femen circa ueſicam labor eſt.

Nicolus i.2°. trac.5.diſti.3. c.19.de hipoſtaſi ināli ⁊ il laudabili.

I ſanguinē mingūt ⁊ trūbos:⁊c.dolorē.i.morbuȝ
ſ cauſaȝ doloris ſignificat:⁊ Raſ.20.ↄtiñ. qui mingūt
ſanguinē frequēter cū ſtranguria ⁊ ſentiūt doloreȝ in
inferioribus ⁊ pectine circa veſicā egritudinē fore ſignificat.⁊
ſi mingit ſanguinē/⁊ saniē/⁊ cortices:cū graui odore vlcus in
veſica ſignificatur. Sanguis.n.⁊ putredo in vrina cōmuniter
ſuper oia inſtrumēta vrine ſignificat:⁊ dixit Raſ.ibidem:vri/
na in qua apparent fruſta ſanguinis coagulati in febre acuta
lingua exiſtente impatienter calida ⁊ aſpera/⁊ coloris viridis
ěris/⁊ cum hoc color vrine eſt niger eſt mala: quia ſignificat
morbum eſſe in vltimo acuitatis/⁊ ꝙ ſanguis ſua acuitate ru
pit venas/⁊ exiuit eas ⁊ congelatus exiuit cum vrina:⁊ ſimi/
liter dixit Auič.ſecūda quarti.

Itē i.5.tra.x. c.9. de vētoſitate veſice dolore atqȝ debilitate eius.

I ſanguinem.ſ.liquidū ⁊ trūbos.i.ſanguineȝ coagu
ſ latum.ſ.in parua fruſta diuiſum quis mingat ⁊ ſtran
guriam habeat:⁊c. quia in veſica ⁊ poris vrinidibus
quos intellexit per locum ſub ventre.

81

Uetus.

I ſanguinem aut pus mingūt/aut ſqua
ſ mas/et odor grauis ueſicę ulcerationē
ſignificat.

I quis sanguinem aut pus/aut squamu- las mingit/et cum graueolentia in uri- na ulceratio uesicæ significatur. Theod.

I sanguinē aut pus minxerit/aut squa- mulas/et grauis odor adfuit:uesicę exul- cerationem significat. Leon.

J sanguinem mingat quis aut pus.i.sanguinem pu- rulentū ad differentiaʒ sanguinis puri/⁊ squamas ⁊ odor vrine sit grauis alteratione vesice significat. J sanguis ⁊ pus aut squamas:⁊c̄. has squamas Auic̄.vocauit cortices ⁊ similiter Serapio:⁊ dixit.si vlcus est in vesica egrediūtur cum vrina cortices qui sunt similes paniculis:⁊ Auic̄.dixit ꝙ hi cortices sunt albi ⁊ sunt magni ⁊ grossi/q̄m oriūtur a mēbro exangui ⁊ neruoso: Isti.n.cortices hn̄t partes latas subtiles ⁊ albas.vnde sunt similes squamis pisciū paruoꝝ i latitudine subtilitate ⁊ albedine/⁊ sunt latiores furfuribus.Sunt.n.dixit Gal.i ꝯmēto.effectus vlcerationis vesice.Cū aūt Auic̄.dixit ꝙ sunt grossi nō intellexit absolute sed in cōparatione ad cortices egredientes ex vlceratione poroꝝ vriridiū/qui sunt albi parui ⁊ magis subtiles.Sanies quoqꝫ exiens a vesica est fetida:nō aūt exiēs a poris vel renibus/⁊ sanies exiens a renibus ē maioris quātitatis q: sunt calidi ⁊ humidi:q̄ t'n exit a vesica est maioris quātitatis q̄ꝫ q̄ exit a poris viriridibus/⁊ q̄ exit a renibus ē minus albasimo rubore participat:Sed q̄ venit a vesica vel poris est alba vel liuida. Dixit Alex. sanies que est de vesica albior est aqua.Sed in ea q̄ est a renibus est rubedo:Dixit Ral.io.ꝯti. si vrina mixta fuerit cū putredine vehementi ita ꝙ in toto vrina fiat concussa cum ea tūc procedit de superiori parte.s.supra renes:⁊ minus admixta de loco inferiori procedit:⁊ si egreditur ante vrinā/aut absqꝫ vrina de vesica procedit/⁊ admixtio mediocris significat ꝙ est ex renibus:⁊ egrediens de renibus significatur per carnositatem habentem substantiā/⁊ egrediēs a vesica per furfureas partes.Dixit Auic̄.mictus sanguinis ⁊ saniei cum vrina a vesica est minoris quātitatis ⁊ minoris permixtionis:Sed a renibus plus permiscetur/quia venit a loco

Nico.l.2.tra. 5.disti.3.c.19 de hipostasi i nāli illaudabili.
Itē i.5.tra.9. cap.x.de vlceribus renum.

remotiori/et transit per vias strictiores.

Ite i eode.5. tra.vin°.c.5. de vlceribus vesice.

J sanguinem:&c.et sentit patiens dolorem cum min git intensum in capite virge propter multum sensum huius partis:vnde a sanie egrediente punctionem ferre nō potest:multum etiam vesice compatitur.

82

Uete. — Q Vibus in urinali uia pustulę nascuntur sanie facta et erupta/solutio fit morbi.

Theod. — Q Vibus in urinario meatu tubercula oriuntur:his suppuratiōe facta/et eruptione leuatur dolor.

Leoni. — Q Vibus in urinaria fistula tubercula nascuntur/his suppuratione facta et eruptione solutio.

Nicolus i.7. tra.5.sūma.2. c.64. ð apatibus bothor & vlceribus virge.

N Ascuntur aliqñ in virga pustule bothorales/q aliqñ sunt i cute exterius/& aliqñ nascunt in foramine interius/& tūc prohibēt liberū exitū vrine:& cū eap̄ ē mā acuta bauracbina gtēta i virga:& ſ; plurimū saniant:& dixit hip.qbus i virili virga:&c. solo fit.s.egritudinis:& cura earū est sicut cura apatum eruptop̄ ad intrinsecū foramē virge.

83

Uetus. — U Rina multa facta noctu/modicum secessum significat et ecōuerso.

Theod. — M Ictio noctu copiose facta exiguam fore deiectionem significat.

Leoni. — M Ictio noctu plurima facta:paruam significat deiectionem.

Nicolus i.2° trac.5.c.ſt 5. c.2.de quātitate vrine.

M Ultitudinis vrine cause sunt.7.p̄ª.ē multitudo cib̄ & potus maxime humidi & liqdi:2ª.ē multitudo humiditatē aquose/q ex corpore excolat & descēdit ad vias vrine:3ª.ē expulsio cretica/vel sinthomatica facta de humoribus p̄ vrinā.4ª.ē diureticap̄ vsus.5ª.ē forē attractio renū vt i

diabete. 6ª .e dissolutio humiditatis corporis transeuntis ad vias vrine/q fit a calore excedente. 7ª .e aliarum corporis euonum constrictio: Dixit.n.Hip.vrina noctu multa:ꝛc.ꝛ hoc io qꝛ vna euacuatione diminuta vel pluribus diminutis alia multiplicat/ꝛ eo.deriuata ma q solebat euari p aliquam euonem ad illam q multiplicat/vel supfluit/ꝛ io hꝫ dictus apho.Veritatem qn dicte euones seinuicem diuertere possunt/siue fit de die siue de nocte:ita tn qꝫ vna euo notabiliter augeat supra consuetum:ad hoc.n.vt vna euo minuat aliam opꝫ/vt superet illa notabili quantitate/ꝛ verificat hec ca vt i plurib⁹/no semp:illa possit i corpore tn exuberare maꝫ qꝫ sufficit simul multiplicat duas euones/vel et plures/ꝛtuc max verificat qn no pcesserunt cause multiplicantes vrinam.

C fluxui facto a renib⁹ assignat pprie ca vna q e de bilitas attractiue eorum/qua no attrahunt ab epe humiditates aquosas/aut no quantum conuenies e/q remanentes i epe aliqn expellunt ad intestina ꝛ cant fluxum ventris/ꝛ hoc innuitur ab Hip.in apho.vrina multa:ꝛc. pauca secessum significat ꝛ eo.s.qꝫ pauca micta multum secessum significat.

Ite Nico.i.5 tra.8.c.15.de causis fluxus ventris facti a renibus ꝛ matrice.

Item Nicolaus in.5.tra.10.cap.18.de paucitate vrine ponit cas paucitatis vrine iter quas ponit multitudinem fluxus ꝛ citat apho. ꝛ he cause sunt opposite causis multitudinis vrine supra tactis vide.

C Incipit particula quinta aphorum Hip.

Spasmus ex heleboro mortale. — Vetus.

Conuulsio a ueratro letalis est. — Theod.

Conuulsio ex heleboro letalis est. — Leoni.

Spasmus ex heleboro mortale suple ꝛ ex oi medicina secessiua/vel vomitiua multum effrenitatem/ꝛ qꝛ Mesue 3.c.7. de spa. p.d rectificatione medicinarum ponens pdictum aphm Hip. fmo in signis. dixit qꝫ ois spasmus pot seq ad medicinam soluuam:io qda volut eos itellexisse d'oi spasmo/ꝛ si sic itellexerit dꝫ exponi mortale.i.aptum morte iducere:ꝛ pp hoc dnt/qꝫ qn Gal. dixit i coⁿ. qꝫ spasmus no proportionatus ad materiam cotingens in principio purgationis ex heleboro non est mortalis/non intellexit qꝫ non possit interficere quacunqꝫ hora etiaꝫ si ante incipiant

Nico.i.3.tra.

purgationez euenerit pōt interficere: Sed intellexit Gal. q̄ ille spasmus nō est mortalis: q2 nō est sic inclinatus ad interficiendū sicut alij spasmi/ imo i cōparatione alioꝝ ē aptus remoueri ex causis spasmi dixit Nicolus supra i causis sunt medicine solutiue q̄ possunt facere spasmū vel pp superfluā euōnez quā faciūt ⁊ erit de genere spasmi sicci/ vel pp acuitatē ⁊ mordicationē ⁊ vētositatē suā ⁊ erit de genere nō proportiōati ad materiā in quo fugit virtus a re nocēte/ vel q2 agitant ⁊ dissoluūt humores ⁊ non educunt/ ⁊ agitati fluunt ad neruos ⁊ replent eos/ ⁊ erit de genere spasmi humidi.

2

Ueteres. — **I**N uulnere spasmus supueniēs mortale.

Theod. — **C**onuulsio a uulnere letalis est.

Leoni. — **C**onuulsio ex uulnere letalis est.

1

Nicolus vbi supra. — **I**N vulnere suple vel vlcere spasmus superueniēs mortale: q2 significat vehemētez debilitatē virtutis regitiue totius: Dixit Gal. i cōmēto. non intelligit mortalē q2 necessario interficiat/ sed q2 pluries ad iterficiendū est iclinatus: Dixit Ras. p̄. 2uū. spasmus supueniens i vulnere ē mortalis/ sm plurimū. n. accidit qn̄ ad vulnus sequit̄ apa ortum in mēbris neruosis: ⁊ p̄. accidit spasmus in locis oppositis his locis apatie: ⁊ demū subito prouenit extensio supra totū corpus ⁊ deficit patiens in. 4°. die: Si vo hos effugent liberabit̄: Dixit Auic. ōis spasmus sequens vulnus est mortalis p̄ ōis itelligens plurimus: Dicūt vt supra ēt apparuit spasmus i vulnere fit/ aut pp dolorē/ vt in puncturis neruoꝝ/ ⁊ talis spasmus nō est semp mortalis/ aut fit pp tumorē ⁊ tūc dupl̄r/ aut q2 fit pp tumorē successiue occupantē partes/ ⁊ tūc nō necessario ē mortalis/ aut pp tumorē nūc apparentē/ ⁊ post delitescentē: ⁊ iste frequētissime ē mortalis: q2 ē forꝫ egritudo cū virtutis defectu/ cuius signū ē q2 nō potuit regulare humores/ aut fit spasmus in vulnere pp multā euōnez sanguinis/ de quo dixit Hip. sanguine multū fluēte spasmus inatus malū: de quo etiā dixit Auic. 4ª. 4ᶦ. ⁊ maxime v̄ificat̄ d̄ fluxu sanguinis arterialis/ siue fuerit spōtaneus/ siue artificialis/ siue a vulnere factus/ ⁊ hoc iō: q2 significat multū virtutꝭ d̄fectū: ⁊ qdā dn̄t/ si sanguinis euo fuerit multū supflua ē ōio mortalis: q2 tūc siccitas ē 2firmata/ aut

magna valde eius virtutis defectiva: et de isto verificatur quod dixit Avic. omnis spasmus sequens vulnus est mortalis: dixit sive euo san guinis fuerit multa sive non omnis spasmus superveniens ei est ma lus: et Gal. dixit in 2° . quod hip. per malum non intellexit mortale necessario sed vehementer malum.

In vulnere spasmus superveniens mortale: et in 7ª. apho. dixit in vulneribus fortibus. s. et malis spasmus aut te tanus superveniens malum: super quibus amplius notatur quod tam spasmus quam tetanus vulneri superveniens potest esse de inanitione et de repletione et non proportionatus ad magis: De inanitione qui dem pp multe materie euonem membra substantifice inanientem quod ut dixit duobus modis potest multa euo facere. p. quando euones mul ti sanguinis ex venis sequitur ut humiditates stantes in porosi tatibus membrorum succedant illi fluxui et fluant ex membris ad loca venarum inanitarum et membra remaneant inanita. 2° quia sanguine mul to euato accidit exacui calidum membrorum pp sibi non resisti ab hu miditate sanguinis et exacuitum convertitur supra humiditatem mem brorum et eam cito consumit et iste secundus modus ab omnibus appro batur. De repletione vero potest contingere in vulnere spasmus sive tetanus quando vulnus subito obturaretur vel opilaretur pp aliquam causarum opilationis et proinde materia que fluebat ad vulnus transeat ad loca nervosa et ingrediatur nervos et impleat eos extenden do in latum unde accidat in eos decurtari in longum et spasmari: et spasmus non proportionatus ad magis ad vulnus sequi potest: aut pp vehementiam doloris in eo aut pp aliquam malam qualita tem in vulnere repertam ut quia fit de vulneribus venenatis que cerebro communicatur per via nervorum ex qua accidat cerebrum contra hi et spasmum fieri: Gal. tamen in commento verificat dictos apho. de spasmo et tetano de inanitione. Ipse enim vere est mortalis maxime si confirmetur. Spasmi vero alii non sunt necessario morta les in vulnere et maxime qui particulares existant qui vero to ti communicarentur mortales efficiuntur.

Ite in 7. tra. 4. summa. pª. c. 4. de signis pro sticis bonis vel malis in vul neribus.

¶ Anguine multo fluente spasmus inna tus aut singultus malum. Ultima.

¶ Anguinis multe profusionis convulsio aut singultus superveniens malo est. Ibidem.

Leoni. u Bi sanguis plurimus fluxerit / singultus aut conuulsio superueniens malum.

n Icolus in.3°.cap. de spasmo vt supra et expositio huius apho. in comento precedentis posita est.

Ite i.5.tra.4 cap.57. d singultu.

s Anguine multo:et c. siue ille fluxus sit spontaneus siue artificialis/siue sit multus/siue paucus:et Gal. dixit in 3°. q p malu no itelligat necessario mortale.s; vehementer malu/siue sequat mors/siue no: Dixit Auic. singultus de inanitione veniens post durabilitate febriu incensiuarum/aut post qualibet euonem fortem est signum mortale.s. si siccitas fuerit cofirmata aliter no:et ponit quomo possit euenire/et spasmus no pportionatus ad ma; in febribus qd dimitto.

4

Uetus. s Pasmus inatus et singultus post nimiam inanitionem/malum.

t Theodorus et Leonicenus no hnt huc.4m.apho.

Nico.i.3.c. d spasmo vbi supra.

s Pasmus post nimia manitionem malu/q: significat vehemete 9sumptione/et virtutis debilitatem.

5

Uetus. i N immoderata purgatione spasmus aut singultus malum.

Theod. e X purgatione couulsio / aut singultus superueniens/malo est.

Leoni. e X superflua purgatione conuulsio/aut singultus superueniens/malum.

n Icolus de hoc super primo et secudo apho.

6

Uetus. s I inebriatus aliquis repente sine uoce fiat: spasmo innato moritur. Si non febris acceperit eum: aut ante hora secundu qua crapulę soluuntur locutus fuerit

I ebrius quisquã obmutuerit/cõuulsus emoritᷣ/nisi p̃hẽsus a febre sit/aut cum ad eam uenerit horã/qua crapula solui tur facultatem recipiat loquendi. Theod.

I ebrius quispiam repẽte obmutuerit: cõuulsus moritur nisi febre corripiatur: aut ubi ad horam peruenerit/qua sol/ uuntur crapulę:uocem recuperet. Leoni.

J inebriatus quis repẽte.i.subito sine voce fiat.i.icur rat apoplexiã/q̃ etiã iuocalitas vocatᷣ pp̄ ociositatẽ a loquẽdo ab oĩ sensu ꝛ motu spasmo innato moritᷣ:su peruenit nãqꝫ ei spasmus ꝯsequens ad magnã r eplerionẽ ven triculoꝝ cerebri/ad quã cõsequitᷣ attractio ꝛ cõtractio/ꝛ decur tatio neruoꝝ/ꝛ mẽbroꝝ neruosoꝝ/qui spasmus est de replẽtione ꝛ dixit Gal.in ꝯᵒ.eius comunicata mã neruis.Hij aũt qui in ebriati sic pereũt sunt debile hñtes cerebrũ nãliter vel accidẽta liter:ꝛ subdit Hip.hoc verũ eẽ nisi i duobus casibus vnus est: si nõ febrẽ accepit/nã febris supueniẽs spasmo de replẽtione:vt dictũ ẽ i.4ᵒ.sup apho.57.curat ipm.2ᵘˢ.casus ẽ nisi ad horã ve niẽs ẜm quã crapule soluũtᷣ.i.solui debẽt/vel ꝯsueuerũt/ꝛ ma xime i ipo alijs viabꝰ iebriato/vel i sibi silibus locutus fuerit. Nã si locutus fuerit tũc nõ moritᷣ/sꝫ denotatᷣ nocumẽti ebrie/ tatis amotio:ꝛ ego qdẽ vidi dñaꝫ Clarã vxorẽ Balgli q̃ pp̄ dolorẽ colicũ clisterizata fuit vino potẽti puro ꝛ iebriata ẽ fa/ cta subito sine sensu ꝛ motu ꝛ sine voce/ꝛ velut mortua stetit horis octo postea resolutis fumis soluta est crapula/ꝛ locuta est/ꝛ sanata. Nicolus i.5ᵒ. sũma.3.tra.2ᵒ c.9.de dolore capitꝭ ex ebrie tate.

Ex causis apoplexie est ebrietas/ꝛ erit pp̄ opilationẽ pp̄ ebrietatẽ factã/aut in vẽtriculis cerebri/aut i venis su beticis:ꝛ paulopost subiũgit:q̄ Gal.i ꝯᵒ.apho.Acu toꝝ morboꝝ numerat apoplexiã iter morbos acutos sine febre: ꝛ itellexit ẜm plurimũ ꝛ de p se.p accñs tñ posset ꝯiũgi cum i mã flegmatica/a qua dependet vt plurimũ/accideret putrefa/ ctio:vt itellexit Gal.i hoc ꝯᵒ.ꝛ i ꝯᵒ.aphˡ.qbuscũqꝫ sanis:ꝛc. ꝛ de hac febre quomõ possit accidere tetigit in longum quod Itẽ i.3.tra.2ᵒ. sũma.5.c.14. de apoplexia in causis primit tiis apoplexie.

Omitto: et quasi in fine cap. postea ponit quod febris debeat provocari et in qua apoplexia febris sit utilis et in qua non.

Item in eodem. 3°. tracta. 8. cap. 11. de nocumentis loquelle. idem de apho.

Item in. 6. tra. 5°. cap. 17. de suffocatione matricis quando loquitur quod spermatica a menstruali differat.

Ueteres. q Vicunque a tetano apprehenduntur in quatuor diebus moriuntur: Si uero hos effugerint salui fiunt.

Theod. q Vi a distetione prehenduntur intra quartum diem pereunt: Si tamen hos dies euaserit conualescent.

Leonh. q Vicunque a distentione corripiuntur in quatuor diebus pereunt: Si uero has effugerint sani fiunt.

Nicolus l. 3°. tra. 5. c. 8. de tethano an prius capitulum autem post quam declarauit quid sit tethanus et quod differat a spasmo.

q Uicunque a tethano: et cetera salui fiunt. i. saluari possunt: notant quod Hip. intellexit de tethano repletionali/ vel etiam de non proportionato ad materiam dummodo sit vniuersalis communicatus toti/ vel quasi toti et non particularis: nam talis tethanus est morbus peracutus terminaturus in p° quarta: Si ergo non moriuntur in p°. 4°. cognoscendum virtutem esse fortem et posse morbo ex quo non moriuntur in termino vltimate pugne / sic ergo sani fiunt: et non itellexit Hip. hoc fore semper sed secundum plurimum: quia contingens est propter morbi acuitatem et virtutis debilitatem mori ante quartum: et propter oppositas causas mori post quartum: et cetera. si eger non liberetur a tethano in p°. 4°. in quo valde non tepeat contra morbum/ et iuuatur a corpore celesti in faciendo crisim tethanus ille erit probabiliter mortalis/ vt inquit Gal. in fine commenti. Nam ex quo natura non preualuit morbo in tempore in quo debuit probabiliter preualere/ tenendum est quod non preualeat imo succumbat in aliis temporibus non aptis ad nature preualentiam/ ex quo apparet/ quod supposito quod aliquis effugiat diem 4^m^. et non moriatur et tethanus poterat esse mortalis: Notant quod tethanus ratione materie potest esse perperacutus ad mortem: quia potest esse in tantum oppressiua virtutis/ vt cito interficiat: Sed de per se.

nõ põt esse perpacutus rõne materie ad salutẽ: q: mã eius non apta inclinata superari cito a nã/cũ sit grossa viscosa frigida: ois tñ tethanus vl's est perpacutus ad salutẽ vel ad mortem rõne accidentiũ ⁊ infestationis virtutis: nã in tethano vli cau satur vehemẽs dolor/difficultas etiã anhelitus vehementer/q ambo sunt accñia seuissima/inatãtia multũ virtutez/tethanus tñ vl's est acutior ad mortẽ q̃ʒ ad salutem ceteris paribus ci/ tius.n.põt interficere q̃ʒ curari/põt.n.interficere i prima die ⁊ secũda/sed rõne ineptitudinis sue materie ad remotionem nõ põt sic cito curari/quãuis ita cito ꝯtingat aliquẽz tethanũ ter/ minari ad salutẽ sicut aliquẽ ad mortẽ/cũ possibile sit virtutẽ tantũ posse supra aliquẽ tethanũ/quam aliquẽ tethanũ supra virtutẽ/imo ⁊ possibile est aliquẽ citius posse sanari ex aliquo tethano q̃ʒ aliũ mori ex alio tethano pp disparitatẽ virtutis ⁊ morbi/sicut si ponaẽ virtus multuz potens supra materias in tethano salubri/⁊ per oppositum materiam tethani mortalis minus potẽtem supra virtutem.

d Dixit Auic.cũ tethanᵘ sit duo spasmi dupli.i. i duabᵘ pabus opz vt sit acutior spasmo simplici/⁊ ex hoc se quitur q crisis tethani sit velocior/⁊ ideo dixit Hip. q in quatuor diebus pereunt.

Item i eodẽ.c. de hoc supra pᵃᵐ expõnẽ.

e Cuitas tethani proprie dependet a dolore vehemẽti: qui accidit i eo: i spasmo.n.simplici accidit dolor for tis/erit ergo in duplo spasmo dolor vehemens.

Itẽ Mico ibi/ dẽ ꝺclarat di ctũ Gal. quõ tethanus cãẽ a motibᵘ spa/ smi.

8

e Pilepsie quibus ante iuuentutẽ nascun tur mutationem habent: quibus uero post.xxv.annũ cõmoriunt plurimum.

Clave.

e Omitiales/quibus ante pubertatem ac cidunt cõmutationem recipiũt: quibus anno.xxv.cõmoriuntur.

Theod.

q Vibuscũq; morbi comitiales fiunt ante pubertatem mutationem recipiũt: qui buscũq; autem.xxv.cõmoriuntur.

Leonl.

Nico.l.3.tra. 3.c.13. de epilepsia isignis.

Pilepsie quibus: &c. & rō ē q: añ iuuētutē pōt remo- ueri cā epilepsie: qua remota curabitur ipa. Sed post nō pōt tolli fm plurimū: vñ perdurat vsqz ad finem vite/ & itelligif de cerebrali/ & sic fm plurimū verificaf apho. Nā qñqz ante iuuētutē est epilepsia taz magna/ q nō mouef per mutationē etatis/ & dñt intelligif de flegmatica/ nā ista est q innata in ifantia curaf in pueritia vel pubertate/ & innata in pubertate curaf in iuuētute/ pp caliditatē & siccitatez etatis su- superueniētis/ & ista q nata est i iuuētute nō curaf: q: i etate iu- uētutis multe caliditatis & siccitatis existēte non causaf epilepsia cerebralis flegmatica nisi a magna cā/ & ideo nō curaf fz plu- rimū: & iterū q: cū eplia sit multe durationis fm plurimū succe- dente etate senectutis nō curabif virtute facta debiliori/ & cali- ditate declinata: posset tñ in iuuētute fieri aliqua eplia cū ɔstā- tia virtutis/ q bonitate regiminis & cure curabif: Dixit Auic. q epī e q pueris cōtingūt qñqz alleuianf & remittūtur/ qñ fiūt pubescēs/ cū ipaz nō adiuuat ad manutenēdū malitia regimi- nis & dimissio cure. In p. xi. qb9 pueris i principio natiuitatis eoz superuenit eplia ex superfluitate humiditatis ɔplexionis cerebri, eoz/ vt pluries cū ɔtendif eoz etas fine aliqua cura liberanf: & dr p. cq. Cū accidit viris post affrodisiā & mulierib9 post mē- struoz eductionem ɔlōgaf eis morbus/ nisi inueniaf magna & sollicita cura: Sed si accidit añ hoc tps spes habef i mutationi- bus etatū eoz: Dixit Gordonius/ si ifans aliqs traxerit eplia3 ab vtero/ & postea euenerit q se purgauerit/ & hūiditates aquo- sas multas emiserit signū est liberationis: Si nō/ nō: qñ aliqs est gñatus i tpe mēstruoz/ aut ex imūdis spermatibus/ aut ex parētibus epilēticis/ talis nō videf curabilis: q: postqz sunt ab vtero/ & ex tā malis causis iā mala cōplexio est adequata.

9

Clams. Vicūqz pleuretici facti i. xiiii. diebus nō purgātur: hi in empima transeunt.

Theod. Qstales nisi intra quattuordecimū diem repurgātur in suppuratiōnē uertūtur.

Leoni. Vicūqz morbo laterali laborātes i. xiiii. diebus non repurgantur: hi ad supputa tionem uertantur.

Leurefis vera fecūdū3 mā3 eſt morbus acutus nūq̄ 14. diem tranſcendens quātum eſt de ſe ⁊ in ſui cauſa ꝯſiderata: Dixit.n. hip. loquens de dicta pleureſi de ra ⁊ facili: Quicūq̄ pleuretici facti .i.14. diebus ſuple vel ante nō purgant .i. nō ſanantur ⁊ curātur per reſolutionē materie: tūc nō amplius per reſolutionē curātur: ſed in empima .ſ. collectionē3 materie ⁊ eius ſuppurationem tranſeūt/⁊ forſtaſſe poteſt exponi trāſeūt .i. trāſitum ſunt: Nam non ſtatim poſt .14. dies materia ſaniata eſt facta eſt eruptio eius ⁊ effuſio ſaniei ad medium pectoris: Sed poſtea materia colligitur ſaniatur ⁊ apoſtema rūpitur ⁊ ſanies in pectoris cōcauitate diffundit: ⁊ ſic factum erit empima: Dixit Serapio/ꝙ criſis pleureſis vere .ſ. per reſolutionē3 eſt in .14. die/aut ad plus in .20. procul dubio cū ſputo/aut iſenſibiliter: ⁊ ſimiliter dixit Auic. ⁊ ratio eſt quia pleureſis verā eſt morbus acutus cōtinuus moleſtus: qui nō tranſit .14. diem/ſi materia eius fuerit ſufficienter ſubtilis/⁊ ſi nō fuerit ſic ſubtilis tūc ad plus nō tranſit .20. vt dixit Serapio/⁊ verificatur iſte terminus ſecūdū3 plurimū i aliquibus.n. pōt prolongari/⁊ etiā breuiari ſecūdū3 diuerſitates cōplexionū/etatu3/tempoꝝ/⁊ alioꝝ particulariū/vt patuit in anrio de quo dixit hip.3. epid. qui fuit vere pleureticus/de quo recitat Gal. p̄mo aphoꝝ cōmēto. paroſiſmos ⁊ cōſiſtentias: ⁊c. cuius criſis fuit in .34. ⁊ tamen fuit terminata ad ſaniationem: Cauſa autem huius prolongationis potuit eſſe virtutis debilitas/aut pleure multa denſitas/aut viarum ⁊ poroꝝ3 artitas/aut alia ex cauſis/que faciunt ad morbi lōgitudinem. De modo terminationis pleureſis ibidē in longum proſequitur Nicolus quod dimitto.

Nicolus i .4. tra. 2. c. 24. de pleureſi ⁊ ſpēbus eius.

Tem in eodēmet cap. in ſignis hoc ide3 dicitur/⁊ ꝙ intelligit de pleureſi verā ſm̄ locum ⁊ ſm̄ mā3.

10

Tiſis fit maxime in etatibus a .xviii. annis uſq̄ ad .xxxv. annum. — Uetus.

Abitudini maxime etas obnoxia ab anno decimo octauo ad .xxxv. — Theod.

Abes fiunt maxime etatibus a decimo octauo uſq̄ ad .xxxv. — Leoni.

Nicolus l.4. tra.2. c.27. de vicenbus pectoris et membrorum eius et pusi.

b Ippo. in .3. apho. nominauit ptisim inter egritudines q accidūt iuuenibus: et in .5. dixit ptisis a .18. anno et vsq ad .35. innascitur cōprehēdendo per ipm tēpus pubgeos et iuuenes/et causa est dixit Gal. i 2° . apho. Adolescētibus vero: et cē. q: puberes et iuuenes sunt inordinati fortibus motibus et fatigantur vnde disponūtur fractiōi venarū a causis primitiuis disponūtur etiā eidē pp sanguinis ebulitionē ex feruore colere q multiplicat i eis/nō aūt sūt puberes et iuuenes apparati pusi pp multiplicatiōes catarroꝝ cū fm plurimum nō multiplicent catarri i eis pp fortitudinē digestiue ipoꝝ et aliaꝝ virtutū nāliū/et pp caliditatē et siccitatē cōplonis coꝝ cōsumētē catarros. Dixit Gal. 5. apho. in 2° . apho. vltra vero hāc etatē: et cē. multi moriūtur ptisici i etatē prime senectutis nam spuētes sanguinem in iuuētute i ptisim transeunt et in senectute moriūtur. Gal. vero. 4° . cōtiñ. ait dico vere scripsit hic fallacia q: vidi q vita ptisica durat per annū vnū: Dixit Auic. etas in qua multiplicat ptisis ē illa q est inter .18. annos et ad euentum trigesimi: Pueri nō sunt parati ad ptisim propter fortitudinē suarū virtutum naturaliū/et paucitatē ebulitionis ex paucitate colere in eis/et senes non sunt ei apparati propter siccitatem et duritiem corporū suoꝝ et pulmonū eoꝝ/qua nō de facili patiuntur a catarris/et remissionem feruōris sanguinis in eis. Dixit Gal. super. 4° . epid. mulieres aptiores sunt ad ptisim viris ex frigiditate cōplonū earum/et angusto pectore ipsarum.

11

Uetus. q Vicunq squinantiam effugiunt/ et ad pulmonem eis conuertitur: in diebus septem moriuntur. Si uero hos effugerint empici fiunt.

Theod. q Vi anginā euaserint his in pulmonē ab sceditur: et intra septimū diē moriūtur. Si tamē hos dies euaserint/suppurant.

Leoni. q Vicūq ab angina liberātur/his ad pulmonē uertitur/et in septē diebus peūt. Si uero has effugerint suppurantur.

d Dixit Mesue squinātia terminaē fm vnū mū modo/ rū: aut.n. resoluiē /aut suppuraē: aut pmutaē: ꝛ suplēt alij aut induraē /aut corrūpit mēbrū: Auic. dixit aut īterficit/aut pmutaē /aut collectionē facit/ꝛ suppuraē: quidam resolutionē ꝛ suppurationē ei⁹ vocāt remotionē/pmutationē āo e fugationē vocāt sumētes hᵒ ab hip. i. 5. aph. qcūqꝫ sqnā tez efugiūt: ꝛc. ꝛ determinatio eius dixit Mesue est fm vnū duoꝝ modoꝝ: aut.n. delitescit subito aut nō subito/ꝛ eius qui dē delitescētia/aut declinat i occultū corporis/aut i manifestū eius: Sed declināns in occultū corporis ꝛ subito/est hic raptus proprie ad pulmonē/aut cor/ꝛ interficit hec subito/q̄ vero ad pulmonē nō subito sed fiat dixit hip. ī dicto apho. i septē diebus/quos si efugerint dixit hip. sani fiunt/ꝛ incolumitanē: ꝛ qn̄qꝫ effundiē mā eius ad stomacū ꝛ causat nauseam ꝛ alias egritudines in eo: ꝛ dixit qdā qn̄qꝫ pmutaē ad cerebrū ꝛ causat frenesim/qn̄qꝫ vero in manifestū corporis deriuatur. qn̄qꝫ transit ad neruos ꝛ cāt spasmū vel paralesim/vel aliā egritudinē neruoꝝ. qn̄qꝫ permutaē ad cutem ꝛ facit i ea apata aut borbor aut vlcera: hip. autē de dictis terminatiōibus nō fecit mētionē nisi de ea q̄ ē ad pulmonē cū i dicto apho. dixit qui/cūqꝫ squin. effug. his ad pulmonē couertitur: ꝛ hoc ideo fecit hip. q: hic modus est/qui fm plurimū euenit: Deriuaē autē mā eius ad pulmonē/aut resudando a musculis epiglotis ad superficiē cāne interiorē/ꝛ sic p eā labiē i pulmonē/aut trāseūdo p occultas porositates ipius cāne ad iterius eiusdez/vn̄ ēt labiē in pulmonē/ꝛ est ex apātibus gutturis illud qd̄ terminatur ad pulmonē/maxime qd̄ fit i musculis itrinsecis epiglotis: quāuis etiā factū inferius i meri possit ad cānam resudare per paniculū ꝯtinuātē iter ipm meri ad cānaz/vt plurimū tn̄ apa meri effugit ad stomacū/ꝛ apa musculoꝝ faucium pōt p meri trāsire ad stomacū/ꝛ per epiglotiz ad pulmonē: ꝛ scias qꝫ aliqn̄ apa gutturis intrinsecū terminaē ad gulā exterius ꝛ ē ista determinatio bona/ꝛ quādoqꝫ apa extrinsecū terminatur ad interius ꝛ est determinatio mala.

Nicolaus in. 4 trac. ꝑ c. 6. de squinantia.

Nicol⁹ i hoc tract. c. i signis dicit putaē qꝫ tex. Gal. i hoc ꝯᵐ. sit corruptus dicētis pul suz piplem. cē durū ꝛ ieq̄lez cū sit mollis. q text⁹ i noua trāslatiōe nō habetur. vide quot supflue q̄stiones fiāt ex malis translationibus.

q Vicūqꝫ squinātes: ꝛc. in quinqꝫ diebus pereūt suple vel ante/vt plurimū tn̄ in quinto/q: peripleumonia est morbus peracutus terminaturus in quinqꝫ vel ante ꝛ si mā sit cū debilitate v. rtutis acquisita tpre squinantie cito interficit/posset fieri similis apho. de peripleumonia sequēte ad in. 7.

Itē i eodē. 4. tra. 2ᵒ. c. 23. de peripleumōia vbi legit i. 5. diebus supra

pleuresim. Quicūq3 pleuresim effugerint ⁊ ad pulmonē cis cō
uertit in .5. diebus perīt: ⁊ Auic. dixit iterficit vsq3 ad .5. dies:
q2 in .5. vel añ. ⁊ nō iterficit hec periplemonia tā cito rōne sue
materie/maxime cū sit fleginatica/sed rōne debilitatis acq̄site
ex .p̄. morbo sq̄nātia vel pleuresi/⁊ ex vicinitate ip̄ius ad cor:
⁊ subdit Hip. q̄ si p̄dictos dies effugerint empici fiūt/⁊ Auic.
dixit. faciet cadere in ptisim/eo q̄ mā illa faciet cupū ⁊ sania/
bitur/⁊ sic fiet vlcus pulmonis: ⁊ sic ptisis Hipp. hic empima
p̄o saniatione scripsit/⁊ hoc accidit q2 iā virtus debilitata nō
sufficit resoluere mā3 eius/sed aut succūbit aut illam saniat: ⁊
pōt eē/q̄ ista saniatio fiat post illos quinq3 dies: ⁊ pōt antē
fieri/quāuis d̄ seip̄a mā nō sit sic cito saniabilis/eo q̄ materia
istius periplemonie q̄n fuit mā squinātie vel pleuresis fl[?]eterat
iā cōculcata ⁊ inde acquisiuerat iā multā dispōnem ad sania
tionē/quare nūc ad pulmonē cōuersa ⁊ in ip̄o calido exn̄te ⁊
cōculcata cito recipit saniationē: Vnū verificat̄ dictum Hip. ⁊
Auic. fere i oibus: fortasse qdā ⁊ pauci euadūt/quoꝝ. s. virtus
nō fuit multū debilitata/⁊ mā pauca ⁊ nō multū malignata.

12

Vetus. Vi a ptisi molestant̄ si sputū qualecūq3
q expuūt graue fetet sup carbōes effusū
et capilli a capite defluāt/mortale.

Theod. Vi tabe infestantur si quod expuūt et
q extussiunt grauiter olet/et capilli de/
fluunt letale signum ostendunt.

Leoni. Vi tabe molestātur si sputum quod ex
q tussiunt graue olet iniectū carbonibus:
et capilli a capite defluūt/letale.

Nicolus i .4. me.2°.c.27. de vlcerib' pectoris ⁊ mēbroꝝ eius ⁊ ptisi.

q Vicūq3 a ptisi molestātur: ⁊ c̄. q2 significat magnam
putrefactionē in pulmone ⁊ spiritualibus/q̄ est incor
rigibilis/⁊ q2 est vehemens ⁊ cordi propinqua non
potest diu stare cum ea vita/sicut etiā dixit Auic. io.3l. ca. p̄. de
ptisi. ⁊ verificatur in his in quibus nō solet fetere sputū maxi/
me in pueris ⁊ iuuenibus/⁊ sputū significat ptisim esse morta
lem per tria. s. per sui colorē3 si fuerit liuidū/viride/aut nigrū:

qr significat aut caloris naturalis extinctionē/aut vehementē in spiritualibus adustionez: 2° per natantiaz/aut subsistentiam eius in aqua proiectuz: Dicit Auic. debet sputū effundi scutelle aqua plene: & si cito ad fundū scutelle descendit putrefactio denotatur/descendit aūt ad fundū sputū putridū: qr in eo ppter caliditatē extraneā resoluētem qd subtile remanet terreū grossius vnde fundūz petit/& p hoc distinguit a sputo flegmatico nō putrido/qd supereminet aque/& non descendit ad fundū/eo qp flegma est extensuz multū de aere habens in se inclusum/& post prosequit de hoc quō debeat cognosci a flegmate: 3°. sputuz significat p sui odorē/& hoc qn sputū taliter calefit vt effumet seu euaporet. sicut cū proicitur sup carbones ignitos: nam aliter nō bene percipit fetor ab eo/& cū proiicit super ipos carbones debet medicus pcipere astātibus/vel alteri vili persone vt pcipiat odorē eius/& quē pcipit ei referat/& si grauē pcipit fetorē/tūc ē illud de quo intellexit Hip. Si aūt nō grauē tūc nō est illud: nō oē sputū quātūcūqz nāle carbonibus effusuz igni tis malū reddit odorē: qr flamma pp nimiā & citā eius actionem in ipm ita cito cōsumeret fumū eius/qp nō posset percipi odor eius/querunt aūt quidā/quare est qp per egōnis & vrine odorez significare possumus quāuis nō calefiant/sed per sputum nō/de quo magis videt inesse cū cōtineat in loco calidiori/vnde magis debet effumare/quibus respōdenē. est. p. qp egō. resecatur post digestionē primā & longam & vehementē actionem caloris naturalis resecatur etiā grossa/cui secūduz pluri mū admiscentur humores fetidi pp quas causas egestio plus resernat vestigiū caloris/vn̄ pōt denotari id a quo pducta est, & pōt per se absqz alia calefactiōe fetere/& similiter pōt dici de vrina. Sed sputū dato qp veniat a loco calidiori: qr tn̄ ē pau cē quātitatis & impermixtū humoribus nō diu retinet vestigiū caloris: vnde nō fetet non calefactū ad qd adiuuat eius pmixtio cū humiditate saliuali obtūdente eius odorez. Notant pro verificatione huius dicti/qp sputum debet procedere ex pulmone & partibus eius cordi vicinis/& non propter materiā putridam catarosaz/nec propter vlcus in partibus oris/vel faucium quoniaz sputi fetor ex pulmone est grauis/& per hoc distinguitur a sputo puris collecto in pectore/& subdit Hippo. in dicto apho. Si pili a capite defluent est mortale/nō solū pili capitis defluūt sed etiā aliquādo pili barbe/& supciliorē/& est et mor

tale. Significat.n.casus pilorꝫ defectũ humidi radicalis i ptisi
cis/⁊ debilitatẽ digestiue totius/sic dixit Gal. i xº.deficiente
vero humido radicali/qđ ẽ pabulũ calidi nãlis deficit ipe ca/
lor cũ quo anima recipit/⁊ ꝯseruat/quo defecto mors sequit
qđ aũt casus pilorꝫ significet defectuꝫ humidi radicalis pꝫ:qꝛ
capilli in suis porositatꝫ detinẽtur pp illius humidi psentiã seu
corpulentiã/⁊ viscositateꝫ capillos intra suas porositates de/
tinentem/⁊ illa humiditate cõsumpta elargatis porositatibus
capilli defluũt:deficit aũt humiditas radicalis i porositatibus
deficiente nutrimẽto/nutrimentũ aũt deficit cuti propter defe/
ctum cordis i mittẽdo debitam quãtitateꝫ spiritus vitalis ad
epar sine quo nõ potest epar generare sanguinẽ. nutriturũ/ac
in mittendo debitaꝫ ipius spiritus quãtitatẽ mẽbris extremis:
sine quo nõ põt fieri bona nutricatio/ideo in ptisicis deficit nu
trimentuꝫ maxime in extremis tanq̃ꝫ magis a corde remotis.
Pili tamen aliarꝫ corporis partiũ/vt tibiarũ nõ sic cadunt/qꝛ
sustentant a pauciori humido/quãuis interdũ hi etiam in eis
cadunt/⁊ adiuuat ad casum pilorũ eleuatio vaporũ calidorũ
acutorꝫ ad cutem peruenientiũ/qui corrodunt radices illorũ:
Oportet tamen ad hoc vt istud signum sit verũ/vt pili ita ca
dant/q᷑ postea nõ renascũtur:sed quotidie augeatur casus eo
rum. Huc apho. Ras.4.ꝯtĩ.sic scripsit. Si ptisicus spuerit spu
tum fetens cum in fumigio ponitur/⁊ capilli capitis casuꝫ fe/
cerint:signa erunt ad morteꝫ:quoniã casus capillorum erit ex
diminutione humiditatis in corpore.

Vetus. q Vibuscũq꜓ ptisicis capilli defluunt dia/
ria superueniente moriuntur.

Theod. q Vibus per tabem capilli defluunt:hi al
ui fluctione superueniente/morititur.

Leoni. q Vibuscũq꜓ tabe laborãtibus capilli a ca
pite defluũt:his alui profluuio/superue
niente/moriuntur.

Nicolus in.4 vbi supra. q Vibuscũq꜓ ptisicis:⁊c.nam talis fluxus immo ⁊ qui
cũq꜓ alius superueniẽs dicto casui capillorꝫ denotat:
q᷑ propter debilitateꝫ ꝯtentiue euacuat/⁊ qꝛ auget de

bilitatez pre existenté nõ solū denotat mortem futurã: sed etiã festinã: ⁊ nõ solū diaria superueniens casui capillorꝫ est signū mortis: sed etiã superueniẽs ptisicis nõ pcedente casu illorum dixit. n. Hip. in sequẽti apho. a ptisi habito diaria superueniẽs mortale: ⁊ habet hoc veritatẽ si diaria superuenerit ptisico iã debilitato ⁊ perdurauerit: nã aliquãdo accidit ptisico nõdum multum debilitato fluxus ventris natura euacuante humores malos: Diaria tñ superueniens ante casum capillorꝫ nõ signi ficat mortẽ ita festinã: sicut eueniens post casuz eorꝫ: Dixit Ras. 4. ptiñ. Si accidit fluxus vẽtris ducit eos cito ad mortem.

14

q Vicũqꝫ sanguinẽ spumosum expuunt: his ex pulmone eductio fit. — Cons.

q Vi spumantem sanguinem despuunt: his de pulmone educitur. — Theod.

q Vicũqꝫ spumosum sanguinem expuũt: his e pulmone eductio fit. — Leoni.

Signa sanguinis exeũtis a pulmone. s. a substãtia ei⁹: sunt dixit Gal. 4. de inter. sanguis si spumosus fuerit signū est qꝫ a pulmone venit: Dixit. n. Hip. quicunqꝫ sangui. ⁊c. Dixit Ras. 4. ptiñ. Sanguis exiens ex pulmone nõ est i oibus dispositiõibus spumosus/imo nisi exierit de substãtia pulmonis. s. de carne ipius solūmodo: qm̃ nõ eiat spumosus de venis pulmõis: Idẽ dixerũt Serap. ⁊ Hal. ⁊ Auic. dixit qꝺ est spumosus: qꝛ talis est e substãtia pulmonis: tamen subdit nõ solū sanguis exiens a pulmone est spumosus: sed ẽt quãdoqꝫ pleuretici ⁊ periplemonici expuunt spumosum cũ in pulmonibus eorꝫ caliditas ignea spumificans est: ⁊ qñqꝫ etiã exit spumosus de cãna pulmonis: ⁊ sic aliqualis discordia vꝫ deꝫ esse inter autores in dictis Auic. quapp notant/qꝫ sanguis exiens spumosus non est propriū signū/qꝫ a pulmone veniat: Nam omnis sanguis ab ore exiens potest spui spumosus/cuꝫ possit habere causaz spumificatiõis. s. calorem ebulitionem facientez/⁊ sanguinis motū/⁊ aeris permixtionẽ/que sunt cause facientes euenire spumã in liquoribus aptis spumificari: Sed tñ sanguis exiẽs a pulmone necessario est spumosus: quia san

Nicolus l. 4. tra. 1. c. 8. de sputo sanguinis in vlt.

guis ille ē ſʒ diſpōnē ſubē pulmōis i q̄ ſang. diuidiť i minimis āfractib⁹ ſpōgioſe ſubē ei⁹. ſʒ ſang. exiēs ab alijs ptib⁹ nō ē ne ceſſario ſpumoſus: q2 cauſe ſpumificatiōis nō ſemꝑ occurrūt il lic. Nā cā q̄ ē calor igneus nō ſemꝑ imo nec frequēter ɔcurrit: cauſe ēt q̄ ē admixtio aeris ⁊ ſi ſemꝑ cōcurrat nō tñ ſemꝑ facit ſpumā: q2 reqriť ad h⁰/ φ ꝑ aeris admixtōēʒ fiat ſpuma i ſang. φ ſang. ſit groſſus: ⁊ viſcoſus/ nō diuiſibilis ab aeř ſibi admix to. Sāguis aūt veniēs a pectoř: q2 lōgo ſpacio aſſociať ſibi aer vt frequēti⁹ ē ſpumoſus/ ⁊ iō Auič. dix it de eo ē cū ſpumoſita te q̄dā ⁊ ſpuma/ ⁊ eo max^e: q2 ſang. a pectoř exiēs nō pōt ſpu: gn trāſeat ꝑ ſubaʒ ſpōgioſaʒ pulmōis: ⁊ gn i eius anfractibus diuidať/ vt ille q exit a pulmone diſtinguiť tñ ſpumoſitas pul monis ab alijs. p̄. ex forma eius: q2 ſpuma i ſanguine pulmo/ nis ē minuta/ ꝓfunda/ i tota ſuba ſang. vt quaſi totū videať q̄dā ſpuma. 2⁰ ex pte coloris: q2 rēdit ad quādā albedinē/ ſicut dixit Serap. ⁊ cā eſt: q2 ſanguis ſube pulmōis iā recedit a for ma ſanguinis ⁊ vadit verſus formā ſecūdaꝝ humiditatū/ que ſunt albe/ ac ēt declinare facit ipm ad albedineʒ profunde ad mixtio aeris cum eo. Sāguis vō ab alijs mēbris nō ē ſic ſpu moſus ꝓfunde ⁊ minute: q2 nō ſic cōcludiť i eo aer. 2^m ſignuʒ ſanguinis exiēs a ſubba pulmōis ē dixit Auič. φ ſit abſciſſus. i. nō ɔtinuus/ vel ēt paucus/ ⁊ ſubito venit: q2 ꝓpiquus. Diſtin guiť ēt a ſanguine veniēte a venis ipius pulmōis: q2 in exeūte a ſuba nō ē dolor/ i iſto aūt ſentiť dolor paruus eſtqȝ veniēs a ſuba minoris quātitaťs veniēte a venis. Dicit. n. Paulus. Si ſputū ſanguinis fuerit a corroſione vene alicuius ſanguis erit ſupabūdās nimis: Dixit Serap. exiens a venis ē clarus/ ſubti lis/ ⁊ calidus: Eſt. n. colericus quo pulmo nutriturus eſt.

15

a Ptiſi habito diaria ſupueniēte mortale.

Vetus. t Abe ɔtētis fluctio alui accedēs letalis ē.

Theod. a Tabe hito ꝓfluuiū alui ſupueniēs letale.

Leoni.

Itē Nico. i. 2⁰. tra. 2⁰. ſum. 3. c. 7. de ſignis ſpēruʒ febris ethice.

a Iacobus in. 4. de hoc ⁊ expoſitio poſita eſt ſuper aph. quibuſcūqʒ ptiſicis capilli.

Intellexit hip. i apho. de vera ⁊ propria ptiſi/ ac etiā in adubul ⁊ maraſmo/ quoniam diaria ſiue lienteria auferet nutrimentuʒ virtuti depauperate ⁊ debili/ ⁊ q2

etiam diaria in eis plurimū est colerica/ꝛ colera intiēnꝭs inū
ſtina denudata excoriat ea/ꝛ diſenteriā mortalē cauſat.

16

Vicūq̄ ex pleuretide empici fiūt/ſi pur Theo.
gentur.xl.diebus a qua die ruptura fit
quieſcunt. Si uero nō in ptiſim trāſeūt.

Vi a coſtali ſuppurātur ſi intra quadra Theod.
geſimū diē a quo ruptio facta repurgē
tur/leuant̄. alioquin tranſeūt i tabem.

Vicūq̄ ex morbo laterali ſuppurant̄/ſi Leoni.
in.xl.diebus purgant̄ a die/a qua fit ru
ptio/liberāt̄/ſi uero nō: ad tabē trāſeūt.

Leureſiꝫ ſo q̄ ſaniat̄ dixit Hip.2°. pnoſti. q̄dā i.20. q̄dā i.40. ꝛ q̄dā i.60. rupturā differūt/ſuple ꝛ q̄dā in medio dictoꝝ tpꝛū/ꝛ itra ipa tpa:ex quo n. mā tranſiuit i saniē/ſignum ē q̄ ipa fuit groſſa nō facile ſaniabilis vt plurimū: ꝛ iō q̄ eius ſaniatio tardat̄/q̄ tarditas breuiat̄ ꝛ plōgat̄ ſm diſpōnē materie ad ſaniatiōeꝫ/ꝛ ſm etiā eius acuitatē vel breuitatē: Dixit Auic. q̄nq̄ erūpit virus i.5. ſed i pluribus ē i.20. ꝛ.40. ꝛ.60. ꝛ Gal. dixit i 2°. pdicti ſbi Hip. q̄ ad noiandū diē eruptiōis appoſitū dꝫ ſumi pricipiū a die collectiōis materie i cupū. Cū aūt erupta pleureſi puenit ſanies ad pectoris vacuitatē ꝛ empici fiunt patiētes/ꝛ hoc dixit Hip. 5. aphōꝝ ſi nō purgant̄ i.40. dieb⁹ ſuple ꝛ iterum nō moriūt̄ in ptiſiꝫ trāſeūt/ꝛ Serap. hꝫ aph^m. ſic ſcriptū. Illi i quoꝝ pectorib⁹ colligit̄ ſanies ex pleureſi/ſi ſpuūt i.40. dieb⁹ illā saniē ſuple aut paꝝ poſt a die a qua accidit eis ſputū ſaniei: Nā iſte terminus.40. dierū ſumit̄ a die rupture i qua icepit apparere ſputū ſaniei/tūc queſcūt ab eis.ſ. ꝛ ſanifiūt: Sed ſi nō/tēdūt ad ptiſiꝫ: ꝛ idē dixit Auic. Termin⁹ aūt.40. dieꝝ nō aſſignatus ē empimati: q̄ ē morbus cronicus/aut ſaltē a ſui pricipio acutus cōuerſiuus/cuius termin⁹ ē.40. dieb⁹: ifra aūt ipꝫ tps/quā ipa ſanies i loco retineat̄ calido nō eſt tn̄ neceſſariū ipaꝫ multū grauari/vt corroſiua forti hat/max̄ ſi ſanies laudabilis fuerit/aut ſaltē talis cui nā poſſet pesse: ſi a pricipio rupture ſanies fuerit

Nicolus. l. 4. tra. 2°. c.24. de pleureſi ꝛ ſpēbus eius.

illaudabilis ⁊ corrupta ⁊ insuperabilis a natura infra dictum tps posset i tm̄ exacui/ꝙ infra. qo. dicis poterit pulmonē corrodere ⁊ vlcerare ⁊ facere pusim vt dixit Gal. i. 2º. dicti apho. nec obstat/qđ dicūt quidē saniē illā nō debere exacui. ppterea ꝙ in dicto tēpore ipa grossior rēddit subtili resoluto/qm̄ sic i grossata pōt reddi ⁊ reddit acutior ex actiōe caloris nālis ⁊ etiā ꝑternālis in eaꝫ ꝯtinua/partes etiā ignee ip̄ius saniei i calido loco ꝯtēte se ducūt ad vlteriorē gradū maximē i dicto spacio/qđ aūt ingrossata possit acutior fieri declarat calx.

17

Uetus. Calidū nocet hoc frequēter utentibus: carniū effeminationē facit/neruoꝝ icōtinētiā/mētis stuporē/fluxū sanguinis: et defectiōes spūs/qbusdā uero et mors seqt̄.

Theod. Calida si imodica sit detrimēta hęc ifert: corporis effeminationē/neruoꝝ incōtinētiā/mētis torpedinē/sanguinis ꝓfluxionē/animę defectionē quibus mors sequit̄.

Leoni. Calidū ubi quis eo sepius utat̄/hęc mala affert/carniū effeminationē/neruoꝝ incōtinentiā/mentis torporē/profluuia sanguinis/animi defectionē:hęc ad q̄ mors.

Nicolus i. 3º. tra. 2º. c. sūma 5. c. ꝑ. de lesionibus virtutū cerebri i gn̄a/li i fi. ⁊ i. c. 2. p mixtiōe rōnis siue đ lesione virtuꝫ cogitatiue ⁊ tra. 3. c. 2. đ stupor declarat quō facit calidū stuporem.

Calidum nocet hoc:⁊ c̄. balneuꝫ calidum aque dulcis vt exponit Gal. i 2º. mentis stuporē facit. Nocet n. dixit Gal. in lesione operationuꝫ sensitiuarum virtutum/confert autem eis omnibus aer altus siccus bene euentatus/subtilis ⁊ clarus/sicut ⁊ oppositus aer ledit eos: ⁊ in tratertio cap. 10. de stupore dicit ꝙ stupor importat quēcūqꝫ defectum virtutum sensitiuarum intrinsecarum/⁊ pcipue virtutis imaginatiue ⁊ sic sumitur ab Hip. in hoc apho.

18

Uetus. Rigidum uero spasmos et tethanos: et nigrores/et febrium rigores.

f Rigida cõuulsiones/distentiones/liuores/algores febriles. *Theod.*

f Rigidum autem cõuulsiones/distentiones/liuores/rigores febriles. *Leoni.*

c Expositio huius ponitur in aphorismo sequenti.

19

f Rigidum inimicum neruis/ossibus/dentibus/cerebro/spinali medulle:calidum uero utile et amicum. *Uetus.*

f Rigida ossib⁹/dẽtibus/neruis/cerebro: medulle dorsali inimica:calida ꝟ amica. *Theod.*

f Rigidũ inimicũ ossib⁹ dẽtib⁹ neruis/cerebro:spinali medullę.calidũ uero utile. *Leoni.*

f Rigiduʒ.s.actuale/vt aer frigidus/vel aqua frigida nocet cerebro:q: destruit ꝛ extinguit debilẽ caliditatẽ eius/maxime aũt nocet cerebris frigidis ꝛ debilibus: ꝛ habentibus capitis cõmissuras raras:latas ꝛ apertas:ꝛ propter frigiditatem boreales venti nocent cerebro.

